This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Bl. 3. 2203

Digitized by Google

Digitized by Google

BL 3 8203
303003

# IACOBI GADDII
# ADLOCVTIONES, ET ELOGIA

Exemplaria, Cabaliſtica, Oratoria, Mixta, Sepulcralia.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE DE LYON
EX BIBLIOTH PUB COLLEG LUGDUN
EX BIBLIOTH PUB COLLEG LUGDUN




BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON

FLORENTIÆ
Typis Petri Neſtei, ad Signum Solis. 1636.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1893

# EXEMPLARIA.

## I.

POLITVS, velut optima comparatione Tyrannum à coniuratis ſublatum reddere vellet magis exoſum, ac execrabilis memoriæ vitã longè diſſimilem inſtituit. Ille inani faſtu, atque ſuperbia falsò exiſtimationem, ac reuerentiam barbaricam affectans, nunquam ſine purpura, diademate, ſceptro, quadrigis penè triumphalibus per Vrbem incedebat, agmine ſatellitum armatus. Hic amore ciuium clypeo impenetrabili munitus reiecerat excubias, non habitu, non cultu, at vna, ſed multiplici virtute conſpicuus cum ciuibus de moderatione, deque pietate contendebat. Ille, vt plerumq; corporis veſtitus animum denudat ſagacibus contemplatoribus, ad externam ſpeciem conformabat internam deformem fędis arrogantię, libidinis, atq; crudelitatis barbaræ maculis. Hic ſimulacrum optimi Regis exprimens va-

rijs virtutibus, nobilioribus nempè gemmis nobiliſſimus artifex, quæ nuſquam eripi valet, coronam verè Regiam contexebat. Diſpares mores diſpar exitus comitatur. Illum contemnentem homines auribus ſuperbis, impijs dicterijs numen; auroque nimis, ac ferro fidentem oppreſſit venenum, æquiſſimo fato, cum ipſe venenatis poculis, dapibuſque Senatores non paucos, alioſque proceres coronatus carnifex extinſerit. Hic verò cunctis ordinibus maximè gratioſus, vtpotè ſermone blandus, alloquio facilis, nunquàm effæta beneficentia fætus, mentibus omnium amoris arctiſſimo vinculo deuinctis imperabat, antequàm imperaret.

## II.

CVm propter amœniſſimum Litus piſces captaret, piſcibus deuorandus in Mare præcipitatus eſt à duobus aulicis, olìm iniuria palmari affectis Apontotyrannus Rex auita, non ſua virtute nobilis; quippè qui parui, & ingenij, & iudicij, ac proindè minoris exiſtimationis nullas ferè belli, aut pacis artes edoctus: literas, eruditoſque viros non fouebat, vt Princeps, at contemnebat, vt imperitus. Habebat apud ſe continentèr quoſdam regulos non regere, ſed regi dignos, nec alio Principe. Optima imperij inſtrumenta bonos amicos, & conſiliarios

patris

Digitized by Google

patris tantæ moli non impares dimiſerat conſilio peſſimo. Generi ſuo parum æquus, iniquus Regni primoribus, quos aliquandò falſis criminibus damnatos dominatu, ac vita exuit, ambitione; an metu incertum, vel varijs legationibus ad remotiſſimos Reges miſit, exilium huiuſmodi honore prætexens; nec imprudentèr, niſi mentem, conſiliumque ſuum imprudens multis aperuiſſet. Inter gentiles vnum Diarchum honeſtè retinuit, timore potiùs, quàm amore; fidei contemptor, atq; honeſti nullo Reges iure adſtringi impudentèr, ac impiè dictitans. Auri rapax, & prodigus, nunquam liberalis; laudis, vel immeritę ſitiens aſſentatores opibus, & dignitatibus indignè cumulabat. Minimè gratioſus apud nobilitatem, inuiſus bonis, contemptus à facinoroſis, execratus ab omnibus. Iuſtitię, ac Religionis rarò cultor, hìnc rarò fortunatus: mortem immodicè timebat, qui poſt mortem nihil timere videbatur: Scilicet huiuſmodi morte dignus, vt qui malè vixit, malè moreretur, quandò vitæ non diſſimilis exitus reſpondet.

## III.

INconcuſſum politicæ molis fundamentum eſt Iuſtitia; pilæ anteriores, conſilium, & prouidentia, quas comitantur poſteriores, animi cel-

ſitas in arduis aggrediendis, in perficiendis conſtantia ſpurij timoris nouerca, & periculorum contemptrix. Panditur ianua, videlicet priuatio priuatarum affectionum publici boni ergò, quæ non Phiſici, at politici corporis principium eſt, & æquæuũ: prò inexpugnabili arce in Cælum attollitur ardens libertatis æquiſſimæ cupido. Præcipuæ ſurgunt columnæ, quibus veluti polis Cælum, regitur machina ſuperior, ciuium æqualitas, atque concordia. Aliæ columnæ virtutes variæ, fides inuiolabilis, clementia in ſe ſe ſubijcientes, in contumaces, malignoſque ſeueritas; paterna in ſubditos charitas; votum honeſtè, ac moderatè propagandi Regni; generoſa in oppreſſis amicis tutandis perſeuerantia, ſtudium pacis; ciuium inſtitutio ad bellicam diſciplinam ſalutaribus præceptis conſtitutam; animi habitus vtramque fortunam benè ferre docti, cladibus æquè, ac victorijs inuicti. Machinam ciuilem deuinciunt catenæ amoris, atque ſilentij arcana rerum tegentis, fornices, quibus cænaculum innititur, optimæ ſunt Leges, de iuuentute præſertìm nobili liberalitèr educanda, de pænis, ac præmijs diſtribuendis pro vniuſcuiuſque meritis largiendo, vel adimendo Ciuitatem, de perfecta Reipublicæ conſtitutione. Hanc tribus è rectis gubernationum formis harmonico temperamento conflatam regit Princeps perpetua, ſed moderata potesta-

Digitized by Google

teſtate, quæ à Senatu optimatum, magnoq; Ciuium concilio roboratur. Aula demùm ſimulacris excellentium Senatorum figurata prò feneſtris aperit ora famæ illorum præclara facinora celebrantis, dum tecti nunquam caſuri vice fungitur Immortalitas.

## IV.

QVem thoracatum, dexteraq; oculiſque ardentibus fulminantem adſpicis, ò hoſpes, animi oculis inſpice calamo veridico expreſsum. Origo illi è gente N. Dynaſtis, & Senatoribus fæta: Pater, Auus, Proauus proceres Reipublicæ; maternum genus, in quod adoptione tranſiuit, impar virorum claritudine; at vetuſtate, opibuſq; maius. Iuuenta grandes fructus tulit ocyoris virtutis, qua numeris abſoluta iàm florere ferebatur; exiſtimationi parem dignitatem oris auguſti, atque animi humilia deſpicientis amplitudinem oſtentans; ſago melior, quàm toga, moribus in ſpeciem optimis; ingenio habiliori ad imperandum, quàm parendum fuit. Equeſtre agmen duxit adoleſcens; mox inuictæ virtutis commendatione delectus vniuerſi exercitus Imperator in varijs bellis, gloriam ſibi, patriæq; peperit, egregias victorias, at ſpolia minimè ampla referens; Verum ambitione, atque ira in parùm æquum, ingratumq; Senatum peſſimis Conſulto-

ribus

ribus actus patriam importuniſſimo tempore deſeru it hoſtibus indignè adhærens. Itaque hoc ſupremo facinore deteſtato tantũdem, apud æquales meruit malæ famæ, quantum bonæ, primis, & egregijs. Infęlici, vt par erat, fato raptus eſt; fælix profectò, ſi ætate minor in medio gloriæ intaminatæ curſu occubuiſſet.

V.

PHilc patri Senatori magna vis auri, & clientum; virtus maxima; inuidia ferè par aliquorũ, qui meritis longè impares, auctoritate, atq; exiſtimatione illum non æquare tantùm, ſed etiam antecedere impudentèr contendebant; gratia verò ſingularis apud æquos Ciues, qui ſuà longè ampliorem virtũtem non odio, vt inuidi, & maligni, at amore, cultũq; vt probi, verèq; nobiles proſequebantur. Accedebat corporis excelſi, oriſque planè auguſti maieſtas digna principe tantæ Ciuitatis, adeoq; illuſtris Familiæ. Huius decus tuebatur continenti vitæ ſplendore, non ſuperbo, ſed moderato; ac beneficentia in omnes, quos merita in patriam, aut virtus aliqua nobilitaſſet; auri, cuius emicat nitor prudentèr effuſus, largitor liberalis, cui animus inerat maximis diuitijs maior.

Ingenij acumen cum iudicij grauitate iungebat ſalu-

Digitized by Google

ſalubri fœdere, prudentiæ an eloquentiæ robore præſtantior, ambiguum; at exploratum eſt vtraq; maximè præſtitiſſe, vt etiam Chriſtiana pietate, atq; in Patriam charitate. His artibus optimis, & honeſtiſſimis præfecturas, Magiſtratus, Legationes, dignitates ferè omnes Reipublicę adeptus victuram gloriam ſibi, poſteriſque, Patriæ verò complura cõmoda, & fęlicitatem comparauit Ciues exemplo facundo efficax Orator excitans ad virtutem, quæ ciuilis eſt mater vnica fœlicitatis.

## VI.

ALithicus hiſtoriam elaborauit cũctis naturę, artiſq; præſidijs communitus. Animus illi excelſus eorũ, quæ vulgus immodicè ſuſpicit, contẽptor, honeſti, gloriæq; appetens; veritatis ſuprà quam cuiquam credibile eſt, amans; ingenuus ciuilem oris, calamiq; libertatem peramabat; aſſentationem oderat vti præſentiſſimum virtutis, atque potentiæ venenum; nullius rei ſimulator, nullius diſſimulator, nunquam ſubdolus. Ingenium Alithico acutum, ardens, quo velut æthereo vehiculo vectus Moralis, naturalis, ac diuinæ Philoſophiæ templa non ſemèl inuiſit; nec in Regno iuris prorſus hoſpes fuit.

Antiquitatis cupidiſſimus indagator monumenta

ta ſcriptorum, tabulaſq; publicas exquirens diligentèr, ac ſæpiùs euoluit; diſſentientium aliquando ſententias, & verba ipſa examinans àd Legem, & libellam hiſtoriæ ſingula direxit amplificationibus reiectis vnà cum odio, inuidia, ſpe, gratia. Hìnc vitia virtutum affinium ſagaci velo non texit, neque decora nomina rebus indecoris, aut ambiguis callidè impoſuit. Non æquè ingenij laudem quæſiuit, ac veritatis, quæ Matronæ caſtiſſimæ inſtar germana pulcritudine contenta fucum, atq; pigmenta meretricia deteſtatur, vt etiam viroſa libertatis Hiſtoricæ condimenta, ſcommata, contumelias, iocoſum contemptum.

In Alithici veritatis acerrimi ſectatoris narratione res potiùs, quàm verba, & hæc, vti rerum imagines, lector inſpicias, tamen ſuperat candor eloquij mollitèr fluentis curſu nunquam diſcordi, qui candorem mentis, & linguæ, cordiſque concordiam repræſentat.

## VII.

DYnata gens olìm Patrię regnatrix iactat vetuſtiſſimæ originis amplitudinem, plurimoſq; proceres dominatu, ſagi, ac togæ artibus inclytos, è quibus MAGNI, & PATRIÆ PATRIS glorioſo cognomento inclaruere. Tot lumina præconio digna-

Digitized by Google

digna prætercam vnius Epiſtati nomine paginam, hanc illuſtrans. Imperauit ille compluribus oppidis, & Vrbi Staſiodicæ, cuius Principatu Dynaſtarum fraude non ſemèl exutus eſt. Verùm affinitate, amicitiaque inita cum Rege finitimo, quem Principibus, atque Ciuitatibus non paucis coniunctus fœdere ſuperauerat magna virtute, gloriaque bellans, Regnum in Patria illuſtri, Regno Martis, atque Muſarum indiuiduo conſtituit. Id quatuor legitimi Principis arcibus communiuit Beneficentia, Iuſtitia, Clementia, Liberalitate, quarum præſidio, & ornamento nomen immortalitati commendauit. Læthali demùm febre correptus atrociſſimo dolore concuſſit ciuium optimorum corda, quæ nobiliore ſui parte poſſidebat cor ipſe Ciuitatis.

## VIII.

NVnquam Reſpub. vidit par Senatorum adeò par, adeòque impar: Dicæus quippè recti tenax, & veritatis cultor ſtudioſiſſimus integritate Fidei; candore morum, ſingulari ergà Patriam charitate præſtantior. Panurgus verò eloquentiæ, ac doctrinæ præcellentis viribus, conſilijq; robore validior, popularis gratiæ captandæ mirus artifex honores faciliùs obtinuit, quos magis meruit Dicæus.

Quandoquidem humanis animis veluti peſtilenti morbo corruptis vir callidus conſequitur, quod non aſſequitur ſyncerus, qui mauult necti fraudibus, quàm nectere, doctus ferendum potius eſſe, quàm faciendum ſcelus.

Vtrique nobilitas, opes, ingenium, exiſtimatio æquales fuere; fama erit huic intaminata, illi vitijs, atque virtutibus permixto ambigua; illa eſt expetenda cunctis; hæc pleriſque comparatur.

## IX.

CONſiderabile diſpoſizione fatale ſi ſcorge in alcune Famiglie à guiſa d'Alberi felicemente traſpiantate in varie Regioni per illuſtrar diuerſe Cittadi. Trà quelle ſi deue annouerare l'.. ... Signora di molte Caſtella, che diſceſa da Ormondo nobiliſſimo Baron Tedeſco, Capitan Generale dell'Imperador Federigo Barbaroſſa in Toſcana, e nell'Vmbria ſi ſparſe in breuiſſimo tempo in diuerſe Città d'Italia, e imparentandoſi con Principi, e Signori grandi produſſe molti Generali delle prime potenze della Criſtianità. Il maggior di queſti Ruggiero coll'altezza de' carichi, e de' titoli, e con l'eccellenza di glorioſe azzioni ſuperò qualunque più celebre Guerriero. La puerizia non puerilmente conſumando impiegò nell'apprendere la

tan-

Digitized by Google

tanto neceſſaria lingua latina, della quale poi ſi valſe nello ſtudiar l'Iſtorie Romane, la Matematica, e la morale Filoſofia, per quanto fà di meſtieri ad vn Caualiero di ſpada, hauendo fatto mirabil progreſſo nel caualcare, nello ſchermire, & in altri eſercizi Caualereſchi, per li quali ſi accreſce la deſtrezza, & il vigore del Corpo, e dell'Animo, che giurato fratello in queſta vita ſegue comunemente la diſpoſizion, & il temperamento di quello. Vinſe col fuggir (glorioſa fuga) i dua maggior nemici della giouentù l'Ozio, e l'Amor oſceno, ribelli della Virtude, corruttele de' buoni coſtumi, e del vizio producitori. Non ſdegnò l'Amor honeſto, da' più dotti celebrato, da migliori abbracciato, il quale in gentil cuore eccita deſiderio ardente di perfezionarſi, e di fare generoſe operazioni per renderſi degno dell'amata bellezza, la quale raggio del Sol diuino innalza l'honeſto vagheggiator a contemplar la bellezza Ideale.

Amò Ruggiero vna Donzella belliſſima, e caſtiſſima in grazia della quale non ſolamente fece Tornei, e Gioſtre, ma dalla di lei viſta auualorato la difeſe contro la violenza di tre ignobili nobili, che dal furioſo Amor laſciuo accecati, e rapiti, rapir la voleuano, mentre nel prato non lontano dalla villa materna ſtaua cogliendo fiori per ornar vna ſua Cappella. Le brutte azzioni ſortiſcono brutto, &

infelice fine: quelli, che voleuano il corpo, ed il fiore virginale iniquamente vſurpare perſero alla fine la vita propria dopo molte ferite date, e riceuu te dall'vnico Ruggiero. Queſti dimoſtrò in altra occaſione il medeſimo valore, ma più ammirabile. Accorgendoſi d'eſſere ſtato inſidioſamente meſſo in mezzo da iniqui nemici egualmente armati, che diuiſi haueuano preſo i capi di vna lunga ſtrada, quaſi leone da feroci cani, e cacciatori aſſalito, infiammando di generoſo ſdegno, e deſio di vendetta ſi auuentò alli tre vicini, e colla prima ſtoccata il più ardito nel cuor ferendo a terra gettò, ed incontanente col pugnale riparando il fiero colpo d'vn altro, per vn occhio la teſta di queſto paſsò con la ſpada, e ſcanſando col chinarſi vna mortale ferita dal ferro auuerſario minacciata ſi ritirò alquanto indietro, perche già vedeuaſi addoſſo li dua freſchi nemici, non per mancamento d'animo, ma per ſuperar con arte quello auanti quelli l'aſſaliſſero. Il terzo precipitoſamente, e inconſideratamente ſeguendo lo ſtracco Ruggiero venne da sè ſteſſo ad ammazzarſi, poiche s'infilzò nella ſpada di Ruggiero, ilqual ſenza voltar le ſpalle ritiratoſi artifizioſamente ottenne conforme al diſegno l'intento. Ne fermandoſi pure vn momento ſi rimette in guardia ſomminiſtrando vigore al corpo già languido per vna ferita riceuuta, l'animo inuitto, e

inſu-

Digitized by Google

inſuperabile; ſchiua dua colpi, feriſce l'vno delli nuoui aſſalitori con mirabil deſtrezza, ſiche l'altro auuilito per veder ſanguinar quello, e gli altri atterrati vilmente fugge. Rimaſto del pari l'impareggiabil Ruggiero quaſi Aquila ſi lancia inuerſo il ferito, ſolo di cinque rimaſto nella battaglia; ma humiliandoſi queſto, e chiedendo perdono dell'iniquo aſſalto l'ottiene dal magnanimo, che ritiene il ferro vibrato, ilquale nondimeno arriuò la pelle nemica: Chi negherà maggior lode douerſi a Ruggiero per vno non ammazzato, che per li tre morti, e per l'altro fugato? mirabile ſenza dubbio è ſtata la fortezza dimoſtrata nel ſuperar tanti, ma non meno memorabil ſtimo l'hauer nel feruor della zuffa, e dell'ira giuſtiſſima, mentre poteua vendicarſi di tanto aſſaſſinamento, frenato l'impeto, vſato clemenza ſingolare, quaſi ſdegnando ſuperar chi s'humilia, e ſi confeſſa inferior, e perdente.

Queſte furono le priuate, benche glorioſe prodezze di Ruggiero, ilquale in età virile conoſcendoſi nato per la Patria, conforme al debito di buon Caualiero volendola beneficare, queſta col ſeguito de' partegiani della ſua Famiglia, e col braccio dell'Imperadore liberò dalla Tirannide di vn Foreſtiero, e barbaro dominatore al Cielo nemico, e dalla Terra deteſtato. Alla pietà moſtrata inuerſo la Patria aggiunſe la Religione combattendo

con

con eroica virtù per la Romana Chieſa, di cui fù eletto Gonfaloniero, e Generale, debellò vn potente Tiranno Capitan eccellentiſſimo, e fattolo prigione inſieme con cento Condottieri, mille ſettecento Lance, e quattromila Fanti con memorabil Vittoria per hauer perduto ſolamente cento de' propri Soldati, e vn ſolo Condottiero, e per il contrario tagliato a pezzi dua mila nemici. Laonde ritornarono a ſoggettarſi al Romano Pontefice ſei Città, e molte Caſtella già ribellate; la grata liberalità del quale rimunerò il Vincitore con donarli in perpetuo Vicariato vna delle Città ricuperate, ed il gouerno della Romagna con titolo di Conte, titolo in quel tempo ſtimatiſſimo. Contentauaſi Ruggiero della ſola gloria di hauer vinto, e perciò non ſi era ritenuto, ſe non dua ottimi deſtrieri, e la ſpada, e l'elmo del nemico Prencipe, diſtribuendo con giuſto riguardo de meriti di ciaſcuno la preda ricchiſſima, e notabile alli ſoldati, de' quali riſpiarmaua con inſolita carità il ſangue, volendo ſempre, che la Vittoria fuſſe del nemico, e non dell'amico ſangue colorata. Comandaua, che fuſſe laſciato in tutto l'honore delle Vergini, in particolar di quelle conſacrate a Dio, di chiunque violaſſe queſte ſeuero gaſtigatore.

Ringraziò cō publiche dimoſtrazioni lo Rè dell'Vniuerſo, donator della Vittoria, per la quale otteneー

tenere faceua deuote preci a quello innanzi alla battaglia impetrando il fauor diuino col purgar la coſcienza, e illuminar la mente con interni atti di virtù ſublime. Laonde meno ci douiamo marauigliare delle Vittorie, che di poi ottenne comandando alli Eſerciti del potente Signore di Padoua, ilquale non poche Città famoſe ſignoreggiaua, e del Marcheſe di Ferrara; e che nel medeſimo tempo gli fuſſe dalli Imbaſciadori, e del Rè di Napoli, e della Republica Veneziana con patti honoratiſſimi offerto il Generalato.

Accettò prudentemente il Veneziano, ſapendo che li Rè (come auuenne a queſto di Napoli) terminando la gloria, e potenza propria colla vita, ſpeſſo mancando di ſucceſſori, e quaſi ſempre di eguali; doue per il contrario le Republiche bene coſtituite, non dependendo dalla vita di vn ſolo dominatore a moltiſſimi caſi, e pericoli ſottopoſta, ma reggendoſi dal vigore d'vn Senato immortale ſi perpetuano per molti ſecoli emule dell'Eternità.

Fornita la Guerra Veneziana, alla quale ſuccedè vna ſtabil pace, licenziato, e honorato ſommamente dal Senato, ſi ritirò in Milano inſtantiſſimamente pregatone dal Duca G. Galeazzo Viſconte, che in quel tempo era dopo il Rè di Francia il più ricco, e potente Principe della Criſtianità. Soſtenne glorioſamente il Generalato delli Eſerciti Ducali, repri-

primendo, e debellando i vicini Principi di cotanto imperio inuidioſi, e ingeloſiti. Ma finalmente varcata l'Età virile conoſcendoſi Ruggiero conforme alla dottrina del Filoſofo nella diuina opera politica più habile ad eſercitare il conſiglio, che la deſtra, rinunziando il militare ſcettro, fù dal Duca, che ſi era grauemente malato, con ſtraordinaria prouiſione, e honoreuolezza dichiarato Senator, e Conſigliero primario, e poco dopo laſciato Tutor, e Gouernatore del figliuolo Filippo, ilquale da Ruggiero appreſe tal diſciplina, che riuſcì Principe in guerra, ed in pace famoſiſſimo, dimoſtrando alla poſterità, che tali ſaranno i Principi, quali furono i loro Gouernatori.



Digitized by Google

# CABALISTICA.

*Allocutio ad Poſteritatem.*

P.

POëtæ præcellens præconium para,
Poſteritas;
Præclara poëmata pangit perpetuitati,
Profectò
Plaudente Phœbo, plaudente Parnaſſo:
Par
Priſcis proceres præteritos percelebrat;
Patriam
Pulcherrimam perornat, perennitati proſpiciens
Præſudat.
Proſperum principium, procerum patrocinium
Præterit;
Perdiligens peracutè perquirit peracta;
Perelegans
Præſtantibus præceptis præſcribit peragenda,

## EPIGRAMMA
### De Ludouico XIII.

GLoria regnatori verè Chriſtianiſſimo, Iuſto,
Victori; veteres militari virtute adæquat;
Clementia, liberalitate, ſapientia diuinitatẽ
Redolet orbi adorandus, laudis æternitatem
Aſſequitur; viuet læta innutritus ambroſia:
Reſpice, Xenophon, exemplar Regis.

## ELOGIA
### Rodulphus pr. Auſtriacus Cæſar.

SIngulari virtute Imperium Auſtriacis peperit
Cæſar
Strauit Othocarũ Regẽ, venerabundũ cõſpexit:
Libertatem haud vendidit Reipublicæ
Errore Scriptores tribuunt auaritiæ dedecus
Auguſto.
Aduerſum rumorem ſuperet Veritas.

*Legatur Vincentius Borghinus in Diſp. cui titulus* Se Firenze ricompro la libertà da Ridolfo Imperatore, *qui de medio tollit, ac delet hunc errorem huius cauſas referens optimis ipſe rationibus armatas.*



Digitized by Google

*Fridericus* III. *Imperator.*

OMINE, re pacis diues
Italiam inuiſit inſignis
Extenſa vita, togata virtute, Maximiliano Filio;
Romæ, Italiæ amabilis,
Reipublicæ Chriſtianæ ſalutaris
Tumultus ſuſtulit, Religionem extulit,
Rediuiuo refulgeat Encomio.

*PHOENIX AVSTRIACVS,*
*ſiue*
*Fridericus Tertius Rom. Imp. Aug. ſpirans in Nepotibus, ſuperſtes in Fama*

ODE

*Franciſci Mariæ Gaddij Florentini, e Soc. Ieſu.*

QValis extremos Arabum calentum
Peruolat fines auis, & ſeueri
Neſcius fati duodena Phœnix
Secla ſalutat.
Tum renaſcendi ſtudio, nouoque
Imminens æuo, nemus ad Sabæum
Excitat moles, vbi concidentes
Obruat annos.
Mollis ad Solem pyra liberalem

Ebibit flammas, quibus obſoletas
Obijcit pennas, ſeniumque morte
Condit odora.
Ales; hinc puro recreatus igne
Splendidam vitam trahit, auioſque
Concipit curſus, ſine labe cunas
Nactus ad vrnam.
Talis Arctoi Fridericus orbis
Sidus auguſtum, generiſque magni
Inſcium vinci decus irruentes
Increpat annos.
Ille ſeclorum rabiem, grauemque
Temporis dentem domat efferati,
Arduas quamuis facili labore
Fregerit Vrbes.
Nec metu fruſtra caret Auſtriorum
Cæſarum foelix pater, & perennes
Victor Aſtrea duce pollicetur
Integer annos:
Nempè dum terras bonus ad Latinas
Exulem pacis reuocat quadrigam,
Et ſerenatas iubet excitari
Pulchrius Vrbes.
Regijs aut dum monitis in omne
Inſtruit natum decus, Auſtrijſque
Regna Belgarum thalami ſecundo
Fœdere nectit.

Dum

Digitized by Google

Dum memor Cæli, ſuperumque cultor
Templa gemmatis opulentat aris
Certus obiecto iugulo tueri
Militat aſtris.
Gloriæ quantam parat aggeratis
Laureis molem, meliore quondam
Sole luſtrandam, facilemque vitæ
Dona tueri.
Inter hos ingens radios dynaſtæ
Fama Germani viget, Auſtrijſque
Viuet extento Federicus olim
Firmior æuo.
Quin, & auguſtis viget in nepotum
Moribus, dum ſe patrias in artes
Quiſque deformat ſenioris altum
Cæſaris inſtar.
Pacis, ò cuſtos, latijque quondam
Arbiter ſceptri ſuperis ab oris
Verte fœlices oculos roganti
Mitior orbi.
Arma cognatæ fugiant Phalanges
Fulgurent enſes alios in vſus;
Iura queis ponit Deus vnus vno
Viuere voto.

Ma-

Digitized by Google

*Magnus Joannes Med. Florent. Ductor.*

MArtis alumnus, cohortium Nigrarum
Author
Spiritu, virtute, exiſtimatione excellens,
Militaris diſciplinæ reparator;
Libertatis vrbanæ ſtudioſus;
Gallos, Iberos, Theutonas, Rhœtos
Vicit.
Niſi fata iniquiſſima obſtitiſſent,
Seruientem Italiam vindicaſſet:
Decreta noſtris oſtendit numen
Eam occubituram ſignificans
Tutatoris nece conſtantiſſimi.

*THOMÆ ANTONELLI.*

SAlue, ó beatæ germen Hetruriæ,
Floræque ocellus, quem Berecynthiæ
Fœcunda ritu procreauit
Mediceum generoſa Virtus.
Tu Martis hæres in clypeis puer
Captaſſe quondam diceris otia,
Dúm claſſico Bellona nutrix
Næniolam caneret ferocem.

Per

Digitized by Google

Per te decoro puluere ſorduit
Armata pubes, & vigor Italus
Diù ſepultus bellicoſas
Magnæ animæ reparauit iras.
Tuis Cohortes auſpicijs Nigras
Quot præliorum fortiter aleam
Feciſſe, quot laureos timendæ
Nouimus inſeruiſſe fronti?
Quid MAGNE poſſes conſilio, & manu,
Senſere Galli, ſenſit Iberia:
Te vindicem, te fulminantem
Indomitæ coluere dextræ.
Doctuſque vinci Rhœtus, inhorruit
Quàm ſæpè nimbo lurida ferreo
Dies, cruentatique fluctus.
Theutonicos rapuere truncos?
Ni fata nobis aſpera ſydere
Læuo obſtitiſſent, Auſoniæ iugum
Tu ſoſpes infregiſſe, priſcos
Tu poteras animare faſces.
Te vulnerato ſcilicet occidit
Spes æqua Regni: ſanguine de tuo
Nutrita libertas eodem
Occubuit cinefacta buſto.

Fer-

*Ferdinandus* II. *Romanorum Rex.*

SOſpitet Numen vindicem Religionis,
Rebellium domitorem, Regnorum datorem:
Nunc fortuna illius
Magnanimitate victa victorem efficiat:
Omnes mirentur, victi ament;
Xanthij ſeruitutem non euitarent;
Seruire clementi regnare eſt;
Orbis dominum adorando nobilitetur.

*Lege Syluam in laudem Ferdinandi in Corollario Poetico.*

*Bernardinus Cardinalis Spatha.*

Apollinis Sacerdos
Carminum, atque Hiſtoriarum notitia,
literarum amore, prudentia, ingenio
excellit.
Romanæ roſæ addit nitore
dignitatem:
Inuidiam ridet, noxam temporis
Vincet Beneficentia.
Diuini Senatoris archetypum ſeruet
Immortalitas.

ORA-

Digitized by Google

# ORATORIA.

## ADLOCVTIONES
## CARDINALIS RICHELIEV
## Ad Italiam.

VEnerare Italia victorem Regem, propugnatorem Iuſtitię, ac Religionis, Rupellæ impiorũ rebellium arcis expugnatorẽ, cuius nutu Chriſtianus orbis libratur, cuius dexteram Exercitus, ac Regna inimica formidant. Ludouicus ingentibus exuuijs onuſto triumphum ador naſſe debueras exprimendo tot Dynaſtas, ac Duces perdomitos, tot populos ſubactos, tot Prouincias, captiua flumina, & mare ſuis cum fluctibus, atque procellis catenatum. At nullus triumphus Ludouici virtuti, ac gloriæ par, qui hominũ in cordibus animorũ æquè, ac corporum victor meliore pompa triumphat inuidia triumphata, cui mortale faſtigium ſupergreſſo non addit nomen, aut decus fama, ſed imminuit, quem calamis, vel aureis Scriptores illuſtres in præconia prouecti non commendant immortalitati, cui ſemetipſa commendat immor-



Digitized by Google

talitas adamantinum ſolium, eburque curule porrigens, aurigæ nimirùm auguſtiori. Stellæ verò in gloriam tanti Herois conſpirantes caracteribus lucis Ludouicum faſtis æthereis ſctibunt. Et ſanè non alio, quàm Dei libro celebrandus videtur hìc Rex, quem Religio, Clementia, Beneficentia, Fortitudo priſcis Heroibus adæquat. Ludouicus ortus ſub Libræ ſigno, Iuſtitiæ ſymbolo ſignatam à Cælo ducem itineris regij columnam Ignis Iuſtitiam, Religionis matrem, an filiam? veneratus, & complexus huius cultor, ac vindex cognomentum Iuſti adeptus eſt.

Religione Diuum Ludouicum, à quo longa ſerie Principum, vel Regum ſtemma repetit auguſtiſſimum; fortitudine patrem Henricum, cui rerum bello geſtarum magnitudo MAGNI peperit cognomen, expreſſit vera proles, imago perfectior. Impietatem primò debellandam edoctus ſeueriſſima lege vetuit ſingularis pugnæ vſum, barbarum inuentum Barbarorum, qua miſeri bellatores impiè ſe deuouent ementito honori, honoris laruæ, pietatis buſto, auſpice Tyranno tenebrarum. In rebelles Chriſto, & huius Vicario Pontifici Rom. Vgonotos diuinæ, regiæq; Maieſtatis vltorem enſem eduxit adoleſcens, ſummus Imperator, antequam miles, cuius Tyrocinium Imperium, cuius militia, victoria continuata; cuius adoleſcentia prælijs, ſpolijs.

Digitized by Google

lijs, Victorijs innutrita. Compluribus arcibus, Vrbibus, Regionibus ſubactis reſtituit priſtinæ maieſtati Regnum, quod cum Regi obtemperat, omnium Chriſtianorum florentiſſimum eſt amicis venerabile, hoſtibus formidabile, quippè virtute militari, optimis Legibus, inexhauſtis opibus, triplici aggere Imperij munitum. Nec minorem commendationem promeretur in Regno interiori tranquillando, cui mens expers affectionum, diuinitatis particeps moderatur facultatibus animi ſubiectis in obſequium pronis, & regimen ſuaue ferentibus. Hìnc Ludouicus fortunæ blandientis aura non elatus victoriæ feruorem natura infrænem coercet moderatione, contentus viciſſe inimicos ſeruaſſe gaudet; nec imperium extendere affectat, qui gloriam propagat apice humano excelſior, nàm Principatus comparare humanum, deſpicere diuinum eſt. Eodem momento iram, atque armà ponit largitor pacis ingenti beneficio Chriſtianę Reipublicę atrociſſimis bellorum fluctibus agitatæ. Regiam purpuram ſordere, niſi aureos liberaliter effundat radios, arbitratur. Immortali præconio celebrandus eſt ob liberale Muſarum patrocinium, cum is Caroli Magni, Franciſci I. aliorumque Galliæ Regum gloriam longè optimis pacis artibus partam conſequatur, quorum peculiaris laus fuit literas alere beneficentiæ vberibus, Academias inſtituere,

Palladis togatę proceres, & Apollinis alumnos beneficijs, atque honoribus ampliſſimis inſignire.

*Lege in Corollario Poetico Odem Etruſcis rhythmis concinnatam in laudem Ludouici, quæ, vti hæc Adlocutio Oratoria, compoſita fuit olim, vt exploratum eſt magnis viris.*

*Italia ad Comitem Rhambaldum Collaltinum, & Marchionem Spinulam.*

ERgo ne vos Exercituum Imperatores inclyti, Vrbium clariſſimarum proceres in lucem edidi, alui, educaui peramanter in ſinu, vt in mea viſcera ferrum conuerteretis? Vos gentilitijs titulis, diuitijs, trophæis, gloriæ monumentis, nobilitatis inſignibus exornaui, vt hæc ornamenta à vobis amplificanda exiſtimaretis in euertenda me? Nullus ne vos tangit amor Patrij ſoli omnibus iucundiſſimi mortalibus, quod populationibus, incendijs, alijſque belli cladibus miſerandum in modum deuaſtatis? Poteritis ipſimet veſtræ gentis delicias, naturæ, atque artis opera pulcherrima demolientes ſtãte vultu ſpectare ſplendidarum ædium excidia, direptiones agrorum, ciuium cædes, ſtupra Virginum, cognati ſanguinis natalem terram inundantis fluuios, oppugnationes Vrbium, ac Regionum fata lacrymis non oculorum magis, quàm cordis deploranda? Ecquid erit precij veſtris dignum

gnum laboribus, meis par calamitatibus? Nùm vobis ampliſſimas opes ex aliorum inopia, florentiſſimos Principatus è Principum illuſtrium excidio pollicemini? At hæc præmia neque vobis exhauſta tellus pariet, neque veſtræ mentis amplitudo poſcere videtur cum Italiæ ruina. Si verò appetentiores nominis àd poſteres propagandi factorum magnitudine auitam famam adæquare cõtenditis, agite celſitatem animi martialis, inuictum pectoris robur, Militaris artis peritiam in hoſtibus Chriſtianę Reipublicæ debellandis patefacite. Adorimini Herculeo nixu Hydram illam Aſiæ nouis vſq; cornibus ambitionis, atq; potentiæ fœtã: fatum Italiæ, Germaniæ, ac vniuerſæ pænè Europæ minitantẽ. Vindicate Græciam diſciplinarum omnium altricẽ; barbaricum iugum demite Conſtantinopoli ſedi, ac Romæ olìm orientalis Cæſaris. Aſſerite in libertatem libertatis humanæ Aſſertoris vitale ſepulcrum, patriumq; ſolum diuinis impreſſum veſtigijs, & cruore conſperſum precio veſtræ ſalutis inęſtimabili. Præſentes erunt, ſociæque veſtræ Reſpub. Veneta, & Ianuenſis ædium magnificentia, & claritudine ſtemmatum inſignes; Orientis quondam ſpolijs, ac triumphali deuictorum Regum honore onuſtæ, mariſque propè immenſi arbitræ. Aderunt Etruriæ M. Dux, & militaris Ariſtocratia Meliteniſis coniungendo paruas, ſed inuictas, Barbariſque

for-

Digitized by Google

formidabiles claſſes. Aderit ſummus Pontifex, qui fœdere inter Chriſtianos Principes conciliato vires ad ſacrum bellum conſociabit, cum Ferdinando verè Auguſto, & Clementiſſimo Germaniæ Cæſare, ac præpotenti Hyſpaniarum regnatore. Nec deerunt Galliæ, ac Poloniæ Reges virtute, gloriaque rerum bello fœliciter geſtarum illuſtres. Agite igitur reſtituta mihi pace, quod ingentis beneficij loco accipiam, expedite pia arma, votiſque ritè conceptis bellum tàm ſalutare, quàm glorioſum ſuſcipite.

I, nobile par Ducum, quà te Cælum vocat auſpice Domino Exercituum.

I, precor, fauſtis auibus, decorum
Ipſa certamen meditantur aſtra,
Iam tibi bellans parit arma proni
Regia Cæli:
Cerne telorum ſegetes cadentum
Igneas, his funde acies, rebellis
His datur cornu ſuperare Lunæ
Auſpice Chriſto.

Ad

Digitized by Google

*Ad Abaddon Theutonis Cæſarei.*

O Qui furias diſcordiarum, & bellorum, & vaſtationum ſeminatrices regis Princeps Exterminans, qui tot reges, atq; Reſpub. legum ſanctitate, virtutum præſidio, Imperij amplitudine, ac rerum geſtarum gloria illuſtres creatis diſſenſionibus euertiſti; patieris vſque adeò propagare Imperium, atque concordia fœlicitèr frui regnatorem Sueciæ tanto exercitus proprij, tanto fœderatorum, vel ipſa de Religione diſſidentium conſenſu? Quid non facem iræ furialem iacularis, quæ ad inteſtina bella excitet Duces exercitus victoris, ac pænè triumphantis.

Immitte ſerpentem diſcordię trilinguem, qui peſtilentem euomat inter Duces æmulationem; dubiæ fidei, aut nimiæ potentiæ ſuſpicionem inter fœderatos; diſſidia inter milites diuerſi moris, ac Religionis facilè naſcentia.

Tu verò Apollonion, non Apollo ſalutaris Guſtauum ſagitta certiori cupidineis pete, transfige. Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla referes, ſi Aquilarum imperantum terrorem, ardens glacialis poli fulmen, Martis alumnum, Cæſarei exercitus victorem viceris, atque proſtraueris. Cadat ſummus Barbarorum Dux, cadat infauſtum caput prę-

donum

donum tibi deuotum, & morti; victima ſtygio imperatori deſtinata.

### *Senatoris Lacedæmonij.*

MAgnum, & prudentem eſſe, quàm videri malo. Fraudi ſæpius eſt nimia exiſtimatio, potentia, gratia, fama, quæ inuidioſæ ſunt æqualibus; maioribus, & minoribus æquè ſuſpectæ in libera Ciuitate, exoſæ verò, atque intolerabiles Tyranno; pernicioſæ poſſeſſori, cui vel exilium, vel carcerem, aut exitium quandoque parant. Legi, audiui, vidi exempla varia ſummorum capitum è rerum faſtigio deiectorum; rationes non ignoro.

Non renuo mediocrem, ſummam euito vitæ fatalem auctoritatem, auream in cunctis mediocritatem volo; inuidioſum, fœtumque periculis omne culmen eſt, quod mille caſus, & ruina manet; quò ſublimior ædes, eò proprior fulmini; ſolo æquantur ſæpiùs turres Cælo minantes regnatorum, quàm ruſticorum mapalia.

Tho-

Digitized by Google

*Thorambis ad Trambotum Regem, qui Nuptiale conuiuio Orontæum leuirum cultro transfigere tentabat.*

PEr ego te, Rex, Cruci affixi Seruatoris necem pro nobis toleratam, per inuiolabiles Dei, naturæque leges, per fraternam charitatem, per matris, ſponſæque tuæ vincula iucundiſſima precor, atque obteſtor, vt iram cum cultro deponas, quæ te præcipitem rapit, te cohibeas, te regas, qui hactenùs inuictum huiuſmodi perturbationibus præbuiſti. Ne abijcias moderationem, ac æquitatem, quarum non pauca monumenta poſteritati conſecraſti. Audi verbum diuinum; audi preces fratris, inolleſce matris, & ſponſæ, quæ pro fratre ſupplex, & genuflexa te deprecatur, vberrimo fletu. Poteris ne tot inuitis, quorum vitam imminues, ſi Orontæo abſtuleris, in vitam leuiri graſſari? Leuiri ſanguine fædabis te, purpuramq; tuam: ò Rex, ò frater, & vbi, & quando? Nuptiali menſa, die, qua Rex Regum natus eſt, vt parceret omnibus, viueret, ac moreretur omnibus? Pluris igitur facies leuiſſimum verbum àb affine, capite cariſſimo, imprudenter prolatum, quàm Numinis maieſtatem, ac decreta Religionis naturæ iura, nuptialis ſacri lætitiam, genitricis, & coniugis charitatem? cognatum ne ſanguinem ſitis? bibe meas, bibe ſponſæ,

matriſque lacrymas, ſcilicet ſanguinem, quem in albumtimor æquiſſimus conuertit.

### Ad Palladem.

ASpice, ò Pallas Martem, atque Mercurium fraterno fœdere violato de Henrico Foxio Duce Candallo digladiantes.

Ille belli dominus, fortitudinis largitor, viuidi ſemper ardoris fons armipotentis dexteræ, ac fulminei ſpiritus vim in Henrico admiratus huncalumnum eſſe ſuum contendit, cui tam bellax, & inuictum cor, nempè ſuum donauit, dimidiatum, an integrum?

Mercurius autem humaniorum artium pater, oris, cogitatricis facultatis, & memoriæ rector, linguarum peritiam, eloquentiæ, ac eruditionis politiſſimæ decus ſua dona agnoſcens, Henricum Mercurialium virorum patronum, ſibiq; in paucis dilectum caput eripi nulla ratione patitur.

Tu virgo gemina, vnius mentis fœtus, diſciplinarum omnium, ac ſapientiæ preſes, togata, & ſagata haſtam vibrans ex nomine, quæ mones conſilio, quæ minaris armis, iudex litem dirime, fratreſque diſſidentes compone.

Vterq; te iudice voto potietur, vtriuſque pariter numinis eſt Henricus, qui Herculis Muſagetæ, ſcilicet Herois perfecti exemplum æmulatus aduer-

ſis

ſis ductoribus quam adimet enſe vitam, calamo reſtituet, inuidendo ſanè fœnore pro mortale immortalem: Diſcant æquales, ac poſteri. Hæc abſoluta numeris omnibus laus inclyti Herois eſt ingenio pariter, ac manu palmam obtinere.

## *Florentini Imperatoris ad Milites in magnam Societatem.*

AD arma, Milites, ad arma: En tempus optatum votis omnibus, quo veſtra fides, virtus mea, Reip. fœlicitas, & æquitas fœderatorum pateat vniuerſis. En tempus, quo noſtrum hoſtiumne, an prædonum? audaciam, ac temeritatem irridendam æquè, ac vituperandam cohibeamus, vires eneruemus, vitam, nomen ipſum deleamus. Sunt enim ij non virtute vlla ciuili, aut militari, ſed vitijs præſtantes, amentia, & furore magis, quàm ferro armati; venalis, ſiuè (quod verius eſt) nullius fidei, quàm enim habent, qui toties diuina, & humana iura violarunt fidei, atque humanitatis deſertores; hominum, Diuorumq; hoſtes, inter quos nulla vera coniunctio, amicitia nulla exiſtere poteſt; quandoquidem hæc à virtute maneat, non à ſcelere. At fortè Ducem perfectum habebunt, qui abſoluta virtute omnia curet, atq; conſtituat, ſcilicet qui genere vilis, longè vilior ani-



Digitized by Google

mo, vitiorum ferè omnium ſordibus contaminatus; ignarus artis militaris, cuius elementa ſunt Religio, ac Fides, harum rudis, nullo præclaro facinore notus, nihil egiſſe perhibetur, niſi pecora, & boues amicorum abegiſſe; frumenta, & ſupellectilem agreſtium diripuiſſe cum pueris, & puellis, perfidè captis, atque conſtupratis. Hæc illius ſpolia, hæc trophæa, quæ retulit ipſe mancipium libidinis, & auaritiæ; transfuga, & proditor Senenſis Reipub cuius auſpicijs arma tractans quoties conſeruit cum hoſte manus, toties ingenti cum clade ſuorum, ſuaque cum infamia conſeruit. Quid igitur tentabit nunc infamis iſte Dux, ſuane fœliciora erunt auſpicia, qui acceptis pecunijs à Populo Senenſi, vt agrum, & oppida tueretur, violata fide, occupato per dolum...... oppidulo ſceleris ingentis exiguo precio agrum hoſtiliter depopulatus eſt hac manu latronum comparata, horum dignus ductor, quia peſſimus. Ergo dum furore duce rapitur ad prælium, ſcilicèt ad necem, ſic diuina Iuſtitia ſceleris vltrice permittente, an iubente? inite prælium commilitones mei, ſolita virtute, ſpe victoriæ longè maxima. Deus à nobis ſtat, Cælum ipſum, & venti pro nobis militant; nonne ipſi cernitis coortum Aquilonem cum Euro colluctantem, qui turbine infauſto petit execratos latrones? Ergo agite, belli ſignum hoc ſequamini, milites Dei, Iuſtitiæque diui-

diuinæ vindices agmen ſceleratum adorti, diſſipate, profligate, delete.

*Hæc eſt declamatio, ideòque non miretur quis, ſiquid præter Hiſtoriam oſtendet.*

## *Ad Equitem Guidum Caſonum.*

TE verò Academiæ noſtræ, ac Lyricorum hac ætate præcipuum illaudatum mihi abire patiar? At mec nec decreſces ſilentio, neque creſces præconio; fateor; in tuas tamen laudes me rapiunt ingenij monumenta, quæ gemmeis caracteribus exarata æternitati commendaſti. Siquidem tot gemmæ ſunt, tot ſydera, quot verba, quot ſententiæ in tuis rhythmis. In his Eloquij nitor, & elegantia ſigularis: adſunt charites adamantinis nodis fæderatæ; arridet dia Venus, ac geſtit innocenter colludentium agmine leporum circumſepta. Regnat Amor, at Cæleſtis, ingeniorum perfector, geniale Numen Poëtarum, conſilij parens, munditergimini Hymenęus. Et ſanè nihil tuis numeris numeroſius, nihil verbis nobilius, atque venuſtius; nihil ſtylo politius, ornatius nihil. Quid multa? laus hæc vnica tuis ſit carminibus, quicquid aut addideris, aut mutaueris, non vitioſius, & deterius erit; at minùs perfectum, minùs excellens.

Ad

Digitized by Google

## Ad Academiam Ignotorum.

QVod me abſentem, nullaq; meritorum luce conſpectum tot Phœbi alumnis vltrò, ac ſponte inſerueris, quas referā tibi, quas agam gratias? Dignas perſoluere non opis eſt meę, tuæ potius, ò Gratiarum curia, curulis ſedes Apollinis, imò thalamus, quo Muſis nectitur Hymenæo Virginali.

Sapientiæ Templum; hominis verè ciuilis effectrix, flumen Scientiarum gemmis, an ſtellis? pellucidum, Erydano cæleſti par.

Arbor Mineruæ ſacra, non Proſerpinæ, aurea ramorum prole frondeſcens: Siquidem feres alteros Barbaros, Bembos, Contarenos, Donatos, Gabriellos, Iuſtinianos, Maurocenos, Nauagerios, Parutas, Venieros. Video enim vos, Academici, animā corpore fœcundiorem nactos, immortalitatis amore auſpice, concipere ingenio incorporeos, ideòq; immortales liberos dignitatis, & elegantiæ plenos, qui vobis parient immortalitatem. Gratulor igitur tibi, Academia, quam gloria præpete curru extollens, honore comitante, plaudente Fama, æternitatis in ſinu collocabit.

Gratulor tibi Academiæ author Io. Franc. Laufedane, qui genus coronis, trabeis, vexillis impera-

to-

Digitized by Google

torijs, & bellica fœlicitate clariſſimum literaturæ politioris nitore adornas. Gratulor tibi Phęnix Rerum public. quæ in gręmio naſcentem, & adoleſcentem excipiens Academiam gemello alis vbere libertatis, & gloriæ.

ELO-

# ELOGIA.

## *Zoroaſtris.*

ILLVSTRETVR hoc Elogio Rex Bactrianorum Zoroaſtres àd Regum deſpicientiam, qui diuinum humanæ mentis decus diuinam contemnunt Philoſophiam. Ratus ille regalem Purpuram ſordere, niſi auguſtiori ſcientiæ iubare illuſtretur, Aſtrologiam complexus, & ſapientiam nectare contemplationis, ac vitæ àquis animi ætherei alas irrigauit. Hinc flore mentis intelligibile maximum, idemq; minimum attingens Theologiam, atque Μαγεὶαν quàm deinde Plato, alijque ſapientes è Perſia nutrice hauſerunt, inueniſſe perhibetur, ac de tàm imperioſa facultate innumeros pænè verſus perſcripſiſſe, qui àb Hermippo cōmentarijs illuſtrati fuerunt. Incertum verò eſt, idem ne ſit, an alter Zoroaſtres carminum ſcriptor, & Magices inuentor.. Vtcumq; ſit, præſagium ſcientiæ ſingularis in Zoroaſtre infante præfulſit. Siquidem omnium mortalium (ni vanus author Plinius) eodem



Digitized by Google

dem, quo natus eſt, die riſiſſe fertur, cerebrumque ei adeò palpitaſſe, vt impoſita repelleret. Contemplatricem fælicitatem ciuilis haud eſt comitata; ſcilicet Aſsyriorum Rex Ninus potentia, & (quæ huius filia, & mater eſt) ambitione illuſtris poſt multa prælia vario euentu commiſſa debellaſſe traditur, ac extinxiſſe Zoroaſtrem arcanæ Philoſophiæ primum oculum, qui rediuiua ſemper luce conſpicuus antè ora eruditorum radiabit.

*Bartholomæi Tortolletti.*

NI malè Fama ſonat, tu fulminis occidis ictu,
Criminis indicium ſunt Iouis arma tui.
Nam doluit rex te arcanas res noſſe futuras,
Iuraque mortalem præterijſſe ſua.
Sic & percuſſit trifido Salmonea telo,
Atque Promethææ punijt auſa manus.
Quidquid id eſt, ſine laude fuit non æmulus ardor,
Scire Zoroaſtres eſt ſcelus egregium.

*Claudiani.*

CLaudianum occiduæ Poëſeos, ſcilicèt Apollinaris orbis Athlantem ſummis laudibus non proſequemur? Ille dum vixit, Poëſis Latina vixit, quo pereunte perijt, eodem funere,

quo Claudianus, elata, eodem rogo combuſta, nęnia ſimùl vtrumq; celebrarem, niſi fœliciſſimè renaſcens poſceret vitale præconium. Diuina profectò facultas, huiuſq; ſeruator diuinas laudes promereri videntur, quandoquidem non minùs laudabile ſeruare, quam inuenire ſit, atq; bonarum artium inuentores diuinitate donatos inſtar Deorum extulerit antiquitas. Illuſtres verò ciues maiorem afferunt, quam hauriant à patria claritudinem. Hanc ſapientum ſententiam cõprobauit Florentia, Ægyptus, Hyſpania, quæ Claudianum ciuem ſibi vindicant concertatione huic ſanè glorioſa, qui Homero fortunatior, & auguſtior, non àb vnius regionis Vrbibus, verùm à pluribus, ampliſſimiſq; Prouincijs expetitus, & cultus, velut domeſticum numen, excitat innocens, & optabile diſſidium. Nec immeritò prorſus, qui maieſtate ſententiarum, verborum magnificentia, numerorum celſitate planè gigantęa excelluit, ſuperet etiam gentium ſtudio, & adclamatione populorum.

*Raynerius Recaſolus.*

QVis autem æquus nobilitatis æſtimator Recaſulos Barones familiam Florentiæ nobiliſſimam inter illuſtres Italiæ non enumerabit, cum ſeptingentos ferè annos poſſederit il-

la

Digitized by Google

la dominatus liberos, fertilis innumerabilium penè dynaſtarum, equitum, legatorum, ducum? Vnus profectò Rhaynerius Vgonis Cardinalis frater vniuerſum genus illuſtraret, qui tenebroſas inter vetuſtatis nubes aſtri Martialis inſtar præfulſit heroica virtute, atq; imperio militari. A Magno Federico Aenobarbo cum priſcis Cæſaribus conferendo imperator exercituum conſtitutus ea fortitudinis, ac fidei argumenta exhibuit in Etruria, in Campania, in expeditione Romana, vt à grata ſummi Principis liberalitate omnia Romani Imperij iura in caſtris Campi, ac Turnani obtinuerit. Ijſdem meritorum ſuffragijs cōſequutus eſt àb Henrico VI. Federici filio pedagium, vt vocant, de Ricaſole, & iura Imperialia in hoc, alijſq; ipſiuſmet Rhaynerij caſtris, videlicèt Moriani, S. Martini de Stella, Campi, & Monteluci pariter, & Caſayæ (ità in priuilegio) excipias fodrum, quod tributi genus ſupremo domino perſoluebatur. Imago igitur Rhaynerij ornata inſignibus imperatorijs excitet nepotes auita luce conſpectos ad honoris, & gloriæ faſtigium ſagatæ, vel togatæ Palladis auſpicio comparandum,

# ODE

*Reſtauri Antenorei.*

VIdit Mars Rhaynerium
Inter præteriti nubila temporis
Ignotum, & grauiter dolens
Tantum heroa ſuum nocte ſub inuida
Vrgeri illacrymabilem;
Hæc inter lituos fudit, & æneas
Turmas, iure Ricaſulum,
Inuictumque animum cedere neſcium
Huius magnanimi ducis
Certet poſteritas tollere laudibus;
Strauit quandoquidem hoſtium
Aduerſas acies armiger impetu
Barono, velut Africus
Vndas oppoſitas, teſtis Etruria,
Et Campania, Romaque
Teſtis; quæ iuuenem ſæpius inclytum
Viderunt memorabilem
Mercari proprio ſanguine gloriam
Ad mortis trutinam, ambiens
Forſan, purpureis plenus honoribus,
Vt germanus amabilis
Vgo, ſe varijs, atque perennibus

Sub-

Subſcribi ſtatuis; manu
Si quando impauida ſtrenuus obijcit
Veros Auſoniæ metus,
Dum ſub Cæſareis Regibus imperat.
Nimirum, licèt occidit
Sub terræ tumulum dux Rhaynerius;
Virtutum radios tamen
Obſcurare nequit terra, velut nequit,
Cum Sol occidit igneus,
Obſcuraſſe faces illius aureas;
Quin fulgentia ſydera
Effundant radios innumerabiles.

## Caſtruccij.

PRincipes, vel paruos, magnos eſſe, ſi bellica virtute præſtent nobilis militiæ parentes, ac magiſtri, oſtendit Caſtruccius Lucenſis Regulus, qui Florentinæ Reipublicæ militaribus copijs, Ciuiumq; diuitijs, magnanimitate, ingenio àd præcipuas artes, atque ſcientias illuſtrandas facto præſtantiſſimæ maiores intulit clades, quàm nonnulli Cæſares, Reges, alijq; Principes imperij amplitudine, ac opum affluentia magnis Regibus pares. Caſtruccius Caſtracanes ex Antelminella familia Lucæ inſigni ortus, exul, mercatoris inſtitor, miles, dux optimus in remotis regionibus clariſſimus eua-

ſit

ſit conſentientis famæ linguis tunc, deinde ſcriptorum calamis celebratus. Italiam repetens Vgucionis Fagiolani Piſarum, Lucæque domini auſpicijs florentem Roberti Regis Neapolitani, Florentinorum, atq; ſociorum exercitum ad Montem Catinum Anno 1315. vel grauitèr ſauciatus memorabili prælio vicit, in quo ſuprà tot nobiliſſimorum Ciuium, ac dynaſtarum cædes Imperator ipſe Petrus cognomento Tempeſta frater Roberti, duoq; Nepotes regij ceciderè. Hinc Caſtruccius virtute, authoritate, gratia populari Lucenſes intèr excellens, ideòq; formidabilis Tyranno capite damnatus, ſecuri propè ictus, è compedibus, è ferro, èx Orci faucibus ereptus à Lucenſibus iugum pergraue Vguccionis exemplo Piſanorũ excutientibus àd faſces, àd Imperium euehitur admirando fortunæ ſuo more iocantis ludibrio Princeps Patriæ conſtitutus. Dominatum Piſtorienſi Vrbe in poteſtatem redacta propagauit ità fortunam ſibi conciliãs, vt conſultiſſimus Princeps, atque peritiſſimus dux Italorum cenſeretur. Fœdus icit cum Galeacio Vicecomite Mediolani, Scaligero Veronæ, Paſſarino Mantuæ, Guidone Tarlato Aretij Principibus, Cæſareæque factionis propugnatoribus. Contrà verò Florentina Reſpublica coniunctis Romano cum Pontifice, Robertoq; Rege viribus grauiſſima bella in Inſubribus, in Liguria, iu Bononienſi, in Togata

Gal-

Gallia gerebat. Fortuna Caſtruccianæ virtuti raro exemplo fida comes, diuturnæ, cruentæq; contentionis, qua laborabat Italia penè vniuerſa in partes funeſtiſſimas diducta hunc exitum tulit, vt Guelphi ad Altopaſſum anno 1325. memorabili certamine ſuperati Caſtruccium, atq; Actium Vicecomitem victores ad Florentiæ portas vſq; infeſta populatione percurrentes aſpicerent. Victoriã ſingularem ſingulari honore decorandam ratus Caſtracanes Romanæ maieſtatis ornamentum æmulatus triumphum egit nobiliſſimum more glorioſo Romanorum repetito. Ad triumphale ſpectaculum ingentis, & inſolitæ pompæ fama excitati, ac liberalitèr inuitati, Lucam ſplendidiſſimi quique ex Italia confluxere. Cernebantur vexilla Guelpharum partium, Reipublicæ Florentinæ, ac Roberti Regis ad ignominiam inuerſa; Nec deſiderabatur Carrocium Florentinũ ſuperſtante Campani æris tintinabulo maximè ſonoro, ſed cui dedecore notato, vt mutum eſſet, ferream linguam detraxerant victores. Longum fuiſſet, ne dum gregarios milites, ductores ordinum, Præfectoſque Equitum captiuos recenſere; ſed ante alios Florentinorum Legati, duceſque ſuprà ceteros maximè conſpicui Gulielmus Narſeius Gallorum, Vrlimbaca Sueuus Germanorum, & cum adoloſcente filio Raymundus Cardona Imperator captiuam Hiſpanorum procerum turmam

mam calamitatis conſortem trahens triumphale Caſtruccij decus illuſtrabat. Hic, cum Guelphi nihil, vel à tanta clade demiſſis animis, vel attritis opibus bellum acrius inſtaurarent, Ludouicum Bauarum Cæſarem deſignatum in Italiam accerſit, vt huius nomine, ac potentia Ghibellina pars communi hoſti obſiſtat. Hunc Piſas obſidentem copijs, pecunia, commeatibus ità confirmauit, vt diuerſis caſtris citrà Auſerim amnem poſitis, Piſani multis exuti oppidis Ludouico portas pandentes numeroſæ pecuniæ pænam ſubirent. Hìnc Caſtruccius ſingulare præmium tulit à Cæſare renuntiatus Lucenſium, ac Lunenſium dux, qua dignitate nemo tunc Italici ſanguinis Princeps enitebat. Eodem etiam fauente, nec abnuente populo Piſanæ Ciuitatis Princeps ſalutatur diſſentientes in Rep. ciues varijs occultæ largitionis aggreſſus artificijs.

Cæſari Romam petenti àd Imperatorium diadema ſuſcipiendum comes fuit, Sagittariorum cohortibus, delectoque equitatu ſeptus: Ghibellinis proceribus Romæ adnitentibus coronatur Ludouicus, & Petrus Corbarius Pſeudopontifex creatur ad conuellendam Ioannis legitimi Pontificis auctoritatem. Interea Caſtruccius congeſtis honoribus inſignis, & cuncta propè apud Cæſarem præſtanti ingenio adminiſtrans reuertitur ad obſidendum Piſtorium, quod Guelfis dedentibus ſe ſe in poteſtatem

tem

Digitized by Google

tem Florentinorum deuenerat, imperata Piſanis pecunia, & copijs, & auxilijs vndique accitis Inuſitata eo ſæculo belli ratione duplici vallo, dupliciq; foſſa Vrbem à Florentinis diligentèr communitam, circumuallat, vt omnem, vel erumpendi, vel importandi commeatus neceſſarij ſpem hoſti præcideret erectis in vtraq; munitione ligneis turribus vario machinarũ militariũ genere inſtructis, agriq; ſuburbani arboribus ſuccisis, vt inacceſſa Florẽtinis àd opẽ ferendã aduentantibus munimenta obijcerẽtur. Siquidem hi cum fęderatis Guelphis exercitum coegerant, inquo ad tria galeatorũ equitum, triginta millia peditum cenſebantur duce omniũ Philippo Sanguinetto Gallo, cuius opera Piſtorium noctù captum fuerat. Philippus in conſpectum ſe dedit, nec tamen aggeres ſubijt horum artificium ſingulare, nouamque tunc diſciplinam admiratus, nequicquam Caſtruccium ad certamen excitantibus tubis compellans: hinc mutato conſilio, caſtriſq; motis in Piſanum, & Lucenſem agrum populabundus irruit, vt hoſtis domeſticis cladibus permotus obſidionem ſoluere, aut prælio decertare viribus impar cogeretur. At Caſtruccius tot detrimenta, vel ſuis luctuoſa deſpiciens obſidionem conſtantiſſimè continuauit Galeacio Vicecomite peritiſſimo duce, ac ingentium præliorum victore interiora munimenta defendente. Mox igitur Symon della Toſa Floren

G tinus

tinus Eques præſidio, Vrbiq; Præfectus deſperatis auxilijs, vbi erat ad extremam commeatus inopiam redactus deditionem fecit conditionibus ſibi non indecoris, at non ſine dedecore tàm validi exercitus, & ſingulari gloria Caſtruccij, qui eo bello priſcos Romanos æmulatus nobile præconium tulit cum ijs militari peritia, inuictique animi magnitudine conferendus. Hoc inuſitatæ virtutis opus ſupremum Caſtruccio fuit, qui cum lætitia incredibili affeſtus ad triumphum Lucam reuerteretur, victor peſtilenti morbo victus eſt. Demortui gloriam filius, atq; hæres Henricus magìs conſpicuum reddidit iniqua comparatione, cum principatum virtute, artibuſq; paternis tueri nequaquam valuerit tantæ moli, tantoque patri longè impar. Siquidem hic naturæ matris benigniſſimæ donis egregiæ formæ, adamantino corpori, expeditoq; præſentis ingenij vigori certum immenſæ prudentiæ robur addiderat. Nec deſiderabantur in illo pręcipua ornamenta, præſidiaque regnantum liberalitas, eloquentia, magnificentia operum, multaque Religionis ſimulatio. Ego verò tantæ virtutis bellicæ, vel in hoſte patriæ meæ (hac mihi ſemper antiquior veritas) atrociſſimo radiantis admirator, & laudator æquiſſimus Caſtruccio tanquam artis militaris reſtitutori hoc, qualecumque id ſit, gloriæ poſui monumentum.

Lelij

Digitized by Google

*Lelij Guidiccioni.*

QVid de te amplius Caſtrucci prædicem Ciuis tuus, quàm tuus de te hoſtis prædicat? Tibi Florentia gignit florentiſſimos laudatores. Ille campus calamos olim ferreos feriendo tibi, aureos efferendo nunc germinat. Viden, vt ſublimè volans Gaddij calamus te in Cælum euehit? An virtutis eſt ius, amari & ab inimicis? An nemo eſt inimicus virtuti? An quicunque te laudat, ſe honeſtat, nullo cauſæ diſcrimine? Quicquid eſt è vetere gloria nouam ego lucem gratulor Lucę meæ. Gratulor nobiliſſimæ Vrbi Florentiæ, quæ ſuam auget ex hoſtili nobilitatem, quæ antiquas clades trahit in argumenta fulgoris; nouoque fulgens genere pietatis, tantam hoſti Coronam defert, quantam ciuis nequit. Intereà eiuſdem celebritate celebrior, ſibi in aduerſis fauens nullo non titulo demeretur obſtrictum, quem numeris abſoluit omnibus bellatorem. Et præſtantiſſimo præſtans, te fortem exhibet, ſe magnanimã, dubia muneris gloria, an fœnoris auiditate, heroicam mutuata palmã, hoc eſt omnium maximam, à liberalitate minoris. Tu illi Martis vincla intendebas viuens, illa te Palladis beneficio deuincit mortuum. Sub tali cultrice, mutuato ingenio, laurus tua reuireſcit in Oleam.

 Amat

Amat te, magnum eſt. Maius, timuiſſe fatetur. Maximum, iure amat, iure timuit. Sit timoris odium, ſit hoſtium, at nefas talem hoſtem odiſſe Maximę hoſtilitati, virtutis gratia minimum ineſt odij. Nobiliſſimus ille hoſtis eſt, qui æquè infert timoris, aufert odij neceſſitatem. Hæc qui neſciat, auidum te videat eius fundendi ſanguinis ad illam obſcurandam, quæ prodiga eſt, ad illuſtrandum te, atramenti ſui. Viuis Italæ militiæ ſplendor; tua lux, horum merito, quos interficere ardebas, extingui iàm, & interire non poteſt. Viuit Etruriæ ſanctitas religioſa, eò mitior, vel in hoſte, quò is acrior.

*Franciſci de Barberino.*

QVonam te nomine compellem pluribus nominibus attollende, ò Franciſce, renaſcentis olìm literaturæ altor, Muſarum, & Apollinis delitiæ; humani, diuiniq; Iuris antiſtes, quem Etruſci conditor eloquij appellat hominę integerrimæ Fidei, ſpectabili vita laudabilem, reuerentia dignum, & inter quoſcunq; viros egregios numerandum? Erudita ingenij tui monumenta doctiorum præconia meruere noſtræ nil indiga laudis, quæ viuent in auribus exterorum, vel fruſtrà ciuium ad ſalubre temperamentum elaborata. Tibi profectò votum erat honeſtiſſimum ciues moribus

verè

verè ciuilibus, & diſciplina liberis viris digna excolendi. At impotens nouorum ciuium ruſticanæ originis elatio recentibus genita diuitijs documenta optima, teq; ipſum, vt longè diſſimilem ſuis moribus contempſit impudentèr aduerſa, & vnico auro inhians, quo congeſto nobilitatem comparari falsò iudicabat. Scilicèt, quæ tantùm aurea, plumbea, vel nulla potiùs nobilitas eſt.

Franciſci, qui octogenario maior vitam perorauit in exordio maximæ, celeberrimæq; peſtis Anno 1348. & in S. Crucis tumulatus eſt iuxtà Sacellum Caſtellanæ gentis olìm florentis; nomen àb Elyſijs reuocauit gentilis Franciſcus. Præſul à Scriptoribus egregijs concelebratus, cuius inſtitutis, & oculata prudentia venturi quodammodo præſcia formatus eſt, atq; politus vrbaniſſimus Chriſt. Reip. Dictator, Latinus Pindarus; arbiter vnicus Religionis, & ſacrorum Imperator Vrbanus.

*Nota 1. Hominem integerrima, &c. vſque ad erudita excluſiuè, hac, aliaq; verba de Franciſco Boccac. in Geneal. lib. 15 latina m. ſ. Bibl. Gad. à quo non nihil diſcrepare videtur Etruſca verſio edita. Legendi prætereà M. Equicola lib. 1. de natura Amoris. Phil. Villanus in vita Franciſci, Catal. Script. Flor. Iulius Cincius in Oratione habita, editaq; Romæ; Hier. Petruccius in Orat. habita Florentiæ.*

Pau-

## *Pauli Sabelli.*

VNdè auſpicabor Elogium Pauli Sabelli Romani Herois cum priſcis exercituum ducibus conferendi? Referamne gentis vetuſtiſſimæ originem, & amplitudinem inclytam? Nùm explicatis eloquentiæ pennis attollam Pontifices, Cardinales complures, ceteroſque gentiles dominijs, dignitatibus, titulis, affinitatibus, virtute, ac peculiari priuilegio conſpectos? Verum enimuerò qui genus iactat, aliena iactat, auita luce non indiget Paulus, qui ſuis luminibus alios illuſtraret. Hic militarem diſciplinam Romano corde amplexus ea fortitudinis monumenta poſuit, vt à Carolo III. Siciliæ Rege dux fuerit conſtitutus. Ioan. Galeatij Vicecomitis Ducis præpotentis in Etruria imperator nomen latè propagauit. Demum à Venetis imperium exercitus, in quo triginta bellatorũ millia numerabantur, accipiens ſpei à prudẽtiſs. Senatu conceptæ prorsùs reſpondiſſet, niſi fato maximè importuno, moleſtiſſimoq; fuiſſet ereptus. Singularem fidem; virtutem, ac merita in Remp. Venetam tanti Herois teſtantur hiſtoriæ; magnificentiſſimum funus, quo corpus eius Venetias delatum ad Minorum ædem comitante Principe, ac Senatu eſt tumulatum; & Statua Equeſtris antè ſacrarium

rium erecta, quam Epitaphium prænobile breuis inſtar Panegyris exornat.

Hic iacet armipotens Paulus de ſtirpe Sabellus
Incolumi quo Roma parens gauderet alumno.
Hæc ſibi ad extremum ſtatuebat ſemina priſcæ
Reddita virtutis, non hic Scipionibus impar,
Non Fabijs virtute fuit, belloq; domique,
Magnus erat vi, Marte ferox, prudenſq; togatis
Conſilijs, hic Apuliæ victricia campis
Agmina direxit Caroli ſub nomine Regis.
Et cum Dux Ligurum Galeaz iuſtiſſimus heros
Creſcit in Italia multa cum laude ſub illo,
Hic tulit arma, acies ſtrauit, terraſque ſubegit,
Poſtquam cum Veneti virtus animoſa Senatus
Carrigeram delere domum cupit, obſidet Vrbem
Euganeam belli ductor caſtriſq; locatis
Ad Baſſanellum, cum iam propè victor haberet,
In manibus Patauum, melioris adaucta triumphi
Gaudia, peſte ſuum eſt corpus rapiente vocatus
Phœbus adorato Chriſti dùm voluit àb ortu
Luſtra ducenta vnum, & centū quater aureus annis
Tertiaq; Octobris lux infauſtiſſima fulget.

Nan-

Digitized by Google

## Nannis Strozzæ.

STrozza gens intèr Illuſtres Italiæ referenda, ſicèt non pauca ſæcula floruerit diuitijs, dignitatibus, affinitatibus, atq; proceribus clariſſimis; tamèn excellens caput extulit annum circitèr quadringenteſimum ſuprà milleſimum, qua ætate oſtẽtabat ad Patriæ florentis ornamentum Magdalenam cõiugem Luchini è Vicecomitibus Mediolani Principibus, Pazzinum Romæ Senatorem, Thomam, Marcellum Spoleti, & Interamnæ Gubernatorem, Pallantes, alioſq; Equites, ac Senatores eximios prudentia, primarijs Magiſtratibus, & Præfecturis ciuilibus, atq; militaribus, Legationibus demùm honeſtiſſimis, & compluribus, itaut Senatus Venetus eodem tẽpore tres audierit Oratores Strozzas, Pallantem Florent. Reip. Nannem Marchionis Ferrarienſis, & Mantuani Robertum. Ego verò vnicum celebrabo Nannem, eo quod ciuili virtuti addiderit militarem gloriam maximè peculiarem huic bellaci, æquè, ac eruditæ familiæ. Is Carolum magnæ famę, ſapientię, authoritatis Senatorem parentem, fratrem verò Petrum, qui præfectus Florentini exercitus in Vicecomites cum ducentis equitibus vi occupauit portam Mediolani, & equos currere iuſſit ad brauium muris Mediolanenſibus appoſitum rediui-

diuiua cum gloria Reip. ſortitus meritorum ſuffragio Nicolai Eſtenſis Ferrariæ, aliarumque Vrbium Dynaſtæ gratiam obtinuit. Ipſo ætatis Vere Autumnales adultæ virtutis fructus edidit, quippè annos agens duo de viginti cæſis ad foſſam marinam hoſtibus Argentam obſidione liberauit. In expugnatione Veronæ murum primus aſcendit, ibique fortitudinis ergò Equeſtri dignitate ornatus eſt, corona murali ſanè dignus, quam Romani cuiuſcũque præclari facinoris æſtimatores prudentiſſimi, ac liberaliſſimi donabant. Mutinam, Rhegiũ, & Parmam Nicolao ſubiectas annos complures egregiè gubernauit, multaq; caſtra ductu ſuo, & armis expugnata Eſtenſi ſubegit exercitus imperator, ſine cuius conſilio nihil ponderis, quod ad bellum, vel ſtatum ſpectaret, Marchio decernebat.

Agrum Lunenſem continentibus incolarum populationibus infeſtum hoſpitibus pacauit, cuius oppida quædam cępit, ac obtinuit à Principe; nec iniuria, æquum enim erat, illum in regione, quam pudendis à monſtris vindicauerat, imperare.

Florentino demùm exercitui, & copijs Nicolai Marchionis præfuit àb hoc Reip. noſtræ in Gallia Ciſalpina tùnc Imperatore imperium accipiens militare, Parma relicta; ſingulari cum gloria fortiſſimè ſuſtinens impetum, ac virtutem exercitus Philippi Vicecomitis Reguli præpotentis. At nimio

labore, ſanguinis effuſione, atq; indomito æſtu defatigatus quinquagenario maior in amicorum manibus expirauit lætiſſimus, cum intellexiſſet victoriam eſſe noſtrorum; interrogauerat enim ſemianimis Epaminundam glorioſiſſimum ducem imitatus, an viciſſent noſtri, hoſteſq; repulſi eſſent. Honorem, quo viuus frui non potuit, extinctus obtinuit Florentiæ, ac Ferrariæ duobus eadem die ſplendidiſſimis funeribus, & publicè habitis orationibus illuſtratus. Vtriuſq; Ciuitatis gratitudinem æmulata eſt pietas T. Veſpaſiani Poëtæ latini præſignis, qui verſibus Elegiæ in laudem Florentiæ, ac Epitaphio prænobili parentem optimè de ſe, de familia, de Italia meritum immortalitati commendauit.

Adde Laurentium Strozzam, qui egregia facta, & virtutes Nannis, vt aliorum gentilium Etruſco volumine celebrauit ipſe celebrandus à poſteris, qui debent illi propagatam generis amplitudinem, & vitam tot procerum, quorum æmulatione ducti pulcherrima ſunt facinora moliti.

*Nicolaij Adiunctij.*

QVacunque armatas immittit Strozza Phalanges,
Fulmine ceu rapido latè aperitur iter.
Dextra triumphatrix totidem, quot prælia, palmas
Hoſtibus exciſis enumerare poteſt.

Vin-

Vindicat obſeſſas Vrbes, frenatq; rebelles,
Cogit & impoſito ſubdere colla iugo.
Sed validas acies Inſubris & arma Philippi
Cum nimis impauidè ſternere geſtit ouans;
Vulneribus cecidit, manibuſq; exceptus amicis
Militis ille vicem, non ſua fata dolet.
At ceſſiſſe ſuis hoſtes victricibus armis
Cum nouit, lætus, nunc moriamur, ait,
Mòx ingens anima erumpens per vulnus apertum
Ad Cælum Martis ſanguine ſignat iter.

*Pij Secundi Pontif.*

SEnenſes intèr gentes maximè floruit (ſi geminam familiam priſcæ inſertam compleſtamur vnius gentis nomine, vti tergeminum Geryonum nobilitatis) Picolhominea regali affinitate; imperio militari; Ducatu Amalphitano, alijſque dominatibus; Pontificijs coronis, purpuris, infuliſque ſacratis; bellica demùm, & literaria gloria, ita vt cum illuſtribus Italiæ celebranda ſit. Hanc in primis illuſtrauit Æneas Pius fama ſuper æthera notus, Pontifex optimus, Poëta laureatus; animorum victor, & arbiter Orator, Hiſtoricus veritatis cultor egregius: Quis tot, adeòq; varia fœlicis ingenij monumenta non extollet, non admirabitur? Orationes tot habuit, quot nemò æqualis, omnes ferè de



Digitized by Google

rè de grauiſſimis Chriſtianę Reipublicæ negocijs, de gentium ſalute, ac tranquillitate Prouinciarum, de Principum concordia; de inferendo Turcis bello, de Religionis maieſtate vindicanda. Epiſtolarũ quatuor volumina, non inani, ac puerili verborum fuco illita, ſed rerum pondere, ac imperantis eloquentiæ robore ſpectanda reliquit. Præter varia carmina complures libros, & dialogos elaborauit ex ærario Hiſtoriæ, viridario Poëſis, Iuriſprudentiæ decretis, Philoſophiæ arcanis, Theologiæ myſterijs argumenta excerpens. Ad Alphonſum Neapolitanum Regem ſummè amatum, & cultum de rebus Boemicis; de Noricis ad Federicum Cæſarem cõmentarios perſcripſit. Adde Italicam ſui temporis hiſtoriam in duodecim libros diſſectam, quam nondum abſolutam cum morte finiuit, vetuitq; publicari, niſi emendaret. Auſpicatus aliquandò de vniuerſi orbis rebus ætate ſua vbiq; geſtis opus omiſit veritus, ne parũ explorata colligerentur. Inſulas, Regna, Prouincias expreſſit accurata breuitate, mundum quoque vti coſmographus eſt amplexus. Si calami opera ſpectes, Pium nihil aliud egiſſe, ſi verò acta numero, varietate, ac pondere admiranda perpendas, nihil Pium ſcripſiſſe pronunciabis.

Innumerabiles propè Legationes obiuit ante Põtificatum ad hunc per omnes honorum gradus eru-

ditio-

ditionis, atq; virtutis alis euectus. Sydereis verò clauibus armatus tot, ac tanta virtutum monumenta exhibuit æmulanda ſucceſſoribus, illuſtranda Scriptoribus, vt horum quidem conſentientium præconia fuerit conſequutus; ex illis autem paucos habuerit æmulatores. Vſq; adeò difficilius, ac proindè glorioſius eſt præclara facinora perficere, quàm calamo tradere poſteritati.

*Alexandri Donati.*

SEnarum, Romæq; decus, cui gloria gentis,
Et Phœbi laurus nomina prima tulit.
Eloquio tùm lingua potens, chartiſq; diſertis,
Et bella, & reges pangere docta manus.
Quique pererratum toties Legatus in orbem,
Quo populis pacem geſſit, & arma ſinu
Romaq; purpureum triplici fulgere corona,
Et ſua per terras ponere iura dedit.
Tunc fortis, tunc ille potens, dum ſacra tuetur,
Regna inclinati ſuſtinet icta ducis.
Lunaq; non alium metuebat Thracia Solem,
Lumine, qui ſolus fulmina mortis alit.
Quis canet hæc? Macedo ſuſpirat Magnus Homerũ:
Dardanideſq; Pius Plectra Maronis amat.
Qui faceres, tanta Æneas, qui facta referres,
Eſſe vnus poteras Magnus, & eſſe Pius.

Mar-

## *Marſilij Ficini.*

QVonam commendationis præconio te ornauerim, M. Ficine, Platonicæ diuinitatis aſſertor, Mercurij ter maximi oraculorũ interpres; Academiæ alter pater, Platonicorum veterum explanator, & æmulus, recentium verò magiſter, atq; dux, ipſius etiam Pici eruditorum Phœnicis. Te ingenio admirabili, cuius omnigena, & pænè innumerabilia poſuiſti monumenta, præfulgentem memoriæ vis armauit firmiſſima, te animi candor, innocentia morum, vitæ integritas exornauit. Tu veterum ſapientiam à tenebrarum caligine vindicaſti gladio duplici, lingua ſcilicèt, calamoque recidens, aut explicans laborioſæ cuiuſque difficultatis nodos. Tu Palladius Hercules Platonicum orbem multis iàm conſternatum, & iacentem ſæculis ſupèr humeros ingenij, ac memoriæ tollens ſuſtentaſti. Tu mente ad tertium Cælum cum Doctore gentium inſtar Aquilæ volaſti alis geminis euectus, & Platone fœlicior huic ignota diuinæ Triadis arcana inueſtigaſti. Hic noſtrum Elogium ſiſte; Cælum tibi arduum ſtultitia ne petas, venerare, non ſequere volantem Ficinum, cuius nomen vnum omnis inſtar Elogij eſt à Platone celebrandũ.

Phi-

Digitized by Google

## *Philippi Galilei.*

QVę Plato percepit Sophia moſtrante, Deoq;
Diuino hic etiam protulit ingenio.
Quæq; ſuis poſuit natura arcana latebris,
Quæ dubio condunt aſtra ſuperna ſinu.
Plures vt Cæſar Marios, geſtaſſe Platones
Dicatur magno pectore Marſilius.

## *Laurentij Medicei.*

LAurentius Medices Magnus, Magni Coſmi Patriæ Patris ex Petro filio, & Lucretia Tornabona Nepos, Pater Leonis X. literarum, eruditorumq; virorũ illuſtri patrocinio, excul-ti ingenij, ac iudicij grauiſſimi præſtantia, ſapientia, virtutibus animi ſummis, ac fortunæ dotibus præfulſit adeò, vt exiſtimatione Regibus pænè par, Reipublicæ Princeps, Italiæ arbiter euaſerit rerum geſtarum gloria immortalis. Laurentio nullum fe-rè togatum parem inuenies, qui reges non paucos magnitudine animi, vel æquauit, vel anteceſſit. In hoc exornando fœliciter conſpirauit rarò fœdere iuncta virtus, ac fortuna, quæ Laurentium nunquam oppreſſit, ſed aliquandò preſſit, vt altius attolleret.

Ma-

### *Magni Laurentij Medices proſopopœia.*

EXcepi gremio Muſas geniale, viroſque,
Quos doctrina rudi vindicat à Populo.
Palladia rexi Patriam clariſſimus arte,
Auribus & procerum Delphicus alter eram.
Arbiter Italiæ pacem de more labantem
Conſtitui Martis tela cruenta premens;
Arbiter ac belli inſanas fœliciter vndas
Sulcaui, roſtro ſcilicèt incolumi.
Vtq; foret patria exitio mea libera crudo,
Obieci tumidis fluctibus ipſe caput.
Teſtis erit Siculi regnator ferreus Orbis,
Quem mihi deuinxi, dum ferus hoſtis erat.
Cætera quid referam? ſtupidis clariſſima ſœclis
Geſta mea attingunt Solis vtramque domum.

### *Hieronymi Sauorgnani.*

LAudabile prorsùs inſtitutũ eſt viros inſignes glorioſè functos, quà calamo, quà pennicillo, aut Cælo fidelitèr exprimere, vt illi merito immortalitatis beneficio illuſtrentur, & poſteri acrioribus ad virtutem capeſſandam ſtimulis excitentur. Siquidem hi generoſa æmulatione ducti famam appetent præclaro quouis facinore comparan-

randam: itaque honores, quos demortuis exhibemus, in vtilitatem viuentiũ potiſſimam exhibemus. Hinc ego non mutus, ſed eloquens artifex imaginem Hieronymi Sauorgnani Comitis Belgradi luminibus animi ſuſpiciendam formabo. Comiti genus affinitate cum Principibus, potentia, clientelis diù florentiſſimum; abauus Franciſcus Eques, caſtrorũ compluriũ dominus, Fori Iulij Vicedominus, proauus Federigus III. Veneta nobilitate cum poſteris omnibus donatus, cognomento defenſor Fori Iulij, & Aquileienſis Eccleſiæ liberator, cuius filius Triſtanus Eques, ac Dynaſta primi nominis, atq; exiſtimationis, & (quod huius fęlicitati tribuendum eſt) auus Hieronymi. Hic optimis diſciplinis armatus imperij Veneti tutator acerrimus Cadurium à Maximiliano Cæſare defendit, atque Germanorum copias Reipublicæ ditionem vaſtantes, ac depopulantes, cum agreſtium, & clientũ manu ſuperatis Alpium iugis inaceſſis vſque adeò proſtrauit, vt nonnulli è montium crepidinibus, rupibuſq; fugientes ignoto timoris æſtro perciti ſe præcipitauerint. Suprema verò virtute, atque conſtantia oppidum Oſopij liberauit àb atrociſſima obſidione, & oppugnatione Chryſtophori Frangipanis Cæſarei ducis Forum Iulij occupantis, qui cum exercitu victus, & dedecore onuſtus Germaniã repetere coactus eſt. Itaq; Sauorgnanus cauſa fuit explorata,

I vt

vt illa regio recuperaretur à Senatu, qui publicè compellauit Sauorgnanum Venetæ Reipub. Fabiũ Maximum, & Athlantem, quod vniuerſam grauiſſimi belli molem ſuſtinuiſſet. Hinc inaudito exemplo omnes Ciuitatis principes numero ſuffragiorũ antecedens, licèt hoſpes quodammodo in Vrbe Senator maioribus Comitijs creatur: vſq; adeò vnica virtus gratos vniuerſi Concilij animos allicit, atque deuincit optimè de Republica meritò Heroi. Ab hac ſanè liberali Collateralis honorificentiſſima dignitate, atq; Comitatu Belgradi, & Oſopij, quibus in oppidis liberam vitæ omnium, neciſq; habuit poteſtatem, ac merum, mixtumq; imperium, inſignitus eſt, qui munera hoſtium ampliſſima repudiarat inuicta fide armatus; ambitionis, atq; auaritiæ domitor, ac triumphator. Omitto alia facinora bello egregia, & Legationes, quas geſſit ſagatæ, ac togatæ Palladis artibus præclarus, qui demùm honores publicos præ animi excelſi moderatione, atq; amplitudine deſpiciens pacatę deditus vitæ literas, & eruditos viros, præſertìm Ioannē Laſcarim complexus eſt.

Pulcherrima ſobole relicta deceſſit ſexagenariò maior, cuius gloriam æui ſui comitem trahet Reipub. ſempiternæ corpus diuina Prouidentia conſtitutum.

Hie-

## *Hieronymi Fracaſtorij.*

PVlcherrima Thuſcorum olìm præpotentium filia Verona familiarum ſplendore, alijs nominibus inclyta, armorum ne, an literarum gloria præſtiterit, haud facilè iudices. Siquidem ſuos Mars iactat alumnos Canem cognomento Grādem, alioſq; Scaligeros militari fama, atque potentia Principes aliquandò in Italia maximos, Luchinum Venetæ Reipub. & Iacobum Ducum Mediolanenſium Imperatores fœliciſſimos Vermię gētis, belliq; fulmina hoſtibus maximè formidata. At Phœbus vatū pater, ac Medicinæ inuentor ſuprà tot eloquentiæ, atq; ſcientiarū candidatos, Catullū, & Fracaſtorū latinæ Poëſis oculos vbiq; radiātes oſtētat. Hic varia carmina cedro digna perſcripſit, inter quæ nobilis eſt Elegia in obitu M. Ant. Turrij Veronēſis. Sed omniū opus abſolutiſſimum Syphilidis, ſiuè morbi gallici libri tres heroicis numeris cōcinnati ea eruditorum admiratione, vt Sanazarius ipſe maieſtatis Virgilianæ ſectator egregius, atque alieni carminis laudator alioqui parcus, & amarulentus Fracaſtorum vnum eſſe confeſſus ſit, à quo non Pontanus modo, ſed ipſe quoq; accurata carminis dignitate viginti annorum lima expoliti eſſet victus. Adde Iudicium Iulij Cæſaris Scaligeri Scri-



Digitized by Google

ptoris eruditiſſimi, qui rigidus Poëtarum cenſor diuinum tamen Poëma Syphilidē compellat, ipſumq; Fracaſtorum præſtantiſſimum poſt Virgilium Poëtarum. Apollinis gemino beneficio nomen per Europam ferè omnem propagauit Hieronymus, immortalitatem hauriens non tantùm è Permeſſi aquis, verùm etiam ſydereis ab ignibus; à viribus, & opificio naturæ Siquidem ſupra literaturam politiorem ad arcana cuiuſque doctrinæ, ſed Mathematicarum præcipuè ſcientiarum, atque Medicinæ infinita lectione, inuſitataque memoria penetrauit. Teſtes libri fœlicitèr elaborati, qui lucem hauſere publicam à Ioanne Baptiſta Rhamnuſio collecti; hic enìm ſupremum amicitiæ munus perſoluens æneam Fracaſtori, & Naugerij Patricij, Poëtæ, Oratoris Veneti effigiem Patauij in fornice portæ iuxtà pontem D. Benedicti addita veterum aræ perantiqua dicatione luculentèr exornauit. Teſtes egregij Principes, ac literati æquales, à quibus adamatus, & tantum non cultus ob ſummam doctrinam, & probitatem, ob ingenij pænè diuini præſtantiam.

*Bartholomæi Tortolletti.*

VOs ò perpetui Muſarum nominis hoſtes
Ad Fracaſtori carmina celſa voco.
Diſpeream, ſi non mentem eiurabitis aſpram,
Ni rerum & vobis prima Poëſis erit.

Rur-

Rurſum, vos Sophiam qui faſtiditis amœnam,
In Fracaſtori limina ferte pedem:
Diſperеam, Sophiam ni lapſam ex æthere faſſi
Ibitis in Sophiæ vos quoque ſponte ſinum.
Quam fœlix, patria es titulis, & nomine priſco;
Quantus honos Muſas propter, & arma tibi eſt.
Cętera ament alij, placet hic mihi ciuis, ob vnũ hunc
Naſci non poteram nobiliore ſolo.

*Petri Bembi Cardinalis.*

PEtrus Bembus Cardinalis intèr literaria Cæli Veneti ſydera facilè Princeps purpureo iubare latè diffuſo pręfulget. Hic Bernardi I.C. & Equitis Prætura Rauennæ tunc Venetis ſubiectæ, ac Legatione ad ſummũ Pont. & apud Remp. Florentinam clariſſimi filius peruetuſti generis amplitudinem auxit eloquentiæ ſingularis, eruditionis admirandæ, ſummæq; integritatis gloria nobilibus ingenij monumentis immortalitati conſacratis. Ciceronianæ facundiæ ſolertiſſimus æmulator Oratoris egregij nomen adeptus eſt,

Hiſtoriam Venetam in duodecim libros digeſtã fœlicitèr elaborauit cum Patriæ, tùm argumenti amplitudine ſpectabilem: Vitam Guidonisubaldi Vrbinatum Ducis, Aſculanos opus amœniſſimum, tres de ratione Etruſcè loquendi libros in Dialo-

go

go mirabiliter ſcriptos;de imitatione ad Io. Picum, epiſtolas,& carmina multa,& egregia latino æque, ac Etruſco ſtylo exarauit vtriuſque linguæ peritiſſimus, ac inter optimos Poëtas habitus eruditorum iudicio, famęq; conſenſu. Inuida virtuti mors nimis importuno funere abſtulit Bembum Reip. literarię fœlicitati, qui nobilium ingeniorum æſtimator, ac patronus tot meruit præconia, quot obtinuit à literatis viuus pariter, ac extinctus; tot obtinuit, quot nemo æqualis.

*Riſtauri Antenorei.*

EN Bembus venerabili
Oſtro, purpurea clarus & infula:
En doctiſſimus omnium,
Quot Thetis Veneto protulerit ſinu,
Fronti quandoquidem illius
Certabant meritam nectere Lauream
Græca, Etruſca, Latinàque
Muſa, at diſſidium tam graue protinus
Phœbus ſummouet arbiter;
Nam ſerta è manibus ſingula præripit
Muſarum, huius & inclytam
Illis cęſariem frondibus implicat
Clamans, non decet vnica
Lauro, prò meritis cingere, quem triplex
Virtus inſita pectori
Certat tergeminis tollere honoribus.

Di

## Di Andrea Doria.

LA diuina Prouidenza, la quale quanto più, tanto meno conoſciuta con maniere incomprenſibili, e con ordine marauiglioſo regge l'vniuerſal Città del Mondo, fà in ogni Republica all'imperio di Popoli, e Nazioni deſtinata naſcere qualche Famiglia per difeſa di quella, e per eſterminio de' nemici. Si manifeſtò queſta verità in Roma, doue fiorirono li Scipioni della ſuperba Cartagine vincitori fatali. Si manifeſtò (per laſciare l'eſempio d'altre Republiche) in Genoua Madre felice della gente Doria, che per numero, e per grandezza di fatti trà le Genoueſi eminentiſſima produſſe già Vberto, Currado, Lamba, Filippo, Pagano, e Luciano ſopremi Capitani dell'armata, i quali diuerſe volte vinſero i Veneziani, i Piſani, i Catelani glorioſamente di queſti Popoli trionfando. Ma la chiarezza de ſopranominati Guerrieri è ſtata nel ſecolo antecedente illuſtrata, ò forſe oſcurata dall'immortale ſplendore d'Andrea cognominato il Magno, e l'humano Nettunno; ne ſenza ragione, poiche non hebbe veruno della ſua età nel trattare le coſe marittime ſuperiore, e per grandezza di fatti, e moltitudine di Vittorie, quaſi agguagliò la fama de gli antichi Eroi. Laonde fù per i ſua meriti non ordi-

ordinari ornato da Carlo V. Imperador feliciſſimo del Principato di Melfi con preminenze, e con altri titoli a valor eccellente douuti. L'animo veramente eroico d'Andrea ſuperiore a' militari pregi, e trionfi riſplendè ſommamente nel rifiutar l'aſſoluto Principato della Patria, potendo nelle fatali reuoluzioni di queſta ottenerlo, al che fù inſtantemente pregato da' Cittadini. Dimoſtrandoſi vero Cittadino, e Padre della Patria, la rimiſe in libertà, di queſta generoſo Campione contro l'ambizione di chi haueſſe tentato di ſoggiogarla. Ottenne dalla gratitudine ciuile eſſequie, e ſtatua publica conſacrateli per eterna memoria di sì glorioſa operazione, la quale da molti Scrittori è ſtata con encomi celebrata. Siche Andrea nel carro della gloria aſſiſo trionfa dell'auaro diuoratore delle Machine, e delle Corone reali, hauendo per ſue guerriere la Virtù, e la Fama, che la Morte vittorioſe calpeſtano.

*Del Sig. Antonio Bruni.*

POſe Gaddi il Grand'Oria à Dori il freno
Vinti nell'onde Ambracie i Traci Legni,
E con gloria dell'Adria, e del Tirreno
Toccò primo di Honor gli vltimi ſegni.
Hor ſotto Ciel più deſtro, e più ſereno
Solca di nouo Mar flutti più degni,

Per-

Digitized by Google

Perche in aſpra tempeſta atro baleno
D'opporſi al nobil corſo in van s'ingegni.
Già par che inchioſtro d'or chiaro riſuone,
Già le ſcorge alta penna, inuitto, e ſolo;
Già trionfa ne' fogli il gran Campione:
Ma'l tuo inchioſtro gli ſia pelago, e polo,
La tua penna gli ſia ſcorta, e timone,
E ſiano i figli tuoi vela al ſuo volo.

### *Claudij Ptolomei.*

SEnenſis Ciuitas non paucarum Vrbium dominatrix, fertilitate agri, amplitudine ſacrarũ ædium, optimis Chriſtiani Orbis moderatoribus; Iuriſprudentiæ, atq; Philoſophiæ alumnis; Academiarum, ac eloquij Etruſci fama inſignis nobiliſſimarum excellit ſplendore familiarum. Inter has olìm præclara Ptolomæa, vti Salimbena, Othone à Magno egregia ob facinora multis caſtris donata, & è quinq; Patritijs Senenſibus maiorum gentium tulit elapſo ſœculo Claudium Poëtam, atque Oratorem egregiũ. Hic iudicio, & eruditione, duplici velut præſidio munitus in Caſtris Poëtices militauit non inglorius inter æquales. Siquidem auſpice, ac duce Petrarcha ſtylum adhibuit in Sonectis purum, dulcem, grauem etiam in ob ſenſa doctrinæ ſolidioris. Octonis verò carminibus elegan-

tèr, ac eruditè in primis exprimit amorem Platonicum, acre ſimùl, & ſuaue incitamentum Poëſeos fœlicitèr explicans nonnulla diuini Platonis oracula. Fæliciſſimam quoque elaborauit Paraphraſim Pſalmi: *Nunc dimittis*.

Eloquentiam verò Claudij Poëticis minimè deuinctam Legibus teſtantur orationes editæ à Sanſouino cum alijs clariſſimorũ illius æui Oratorum; & Dialogus Ceſanus, in quo diſſeritur, quonam appellanda ſit nomine materna lingua.

Non eſt inuoluenda ſilentij tenebris actio Claudij fortè inaudita elapſis ſæculis, & ſcitu digna ob elegantem. Hic vel ira, odioue, aut contemptu ductus fortaſsè (cauſam quippè mihi non compertam nõ auſim affirmare) ſplendidè, ac vltrò eiurauit Doctoris, & Patriæ iura, & ornamenta.

## *Ioan. Georgij Triſſini.*

INter illuſtres Vicentiæ familias Triſſina Ioann. Georgij Poëtæ celeberrimi fama excellit. Is Muſarum alumnus immortale præconium promeretur conſcripta inſigni Tragœdia Sophoniſba, adeòut Melpomene ipſius amans, & coniux ſingatur àb ingenioſo Ariſtarco. Accedit Italia liberata Heroicum Poëma, quod primum Hetruſcæ linguæ prodijt in lucem ad libellam directum eruditorum

rum

rum Magiſtri Stagiritæ, & ad Homericum exemplar conformatum. Siquidem Triſſinus Venuſini vatis præcepto edoctus, Exemplaria Græca diù, noctuq; verſanda, Troiani belli Scriptorem, qui ob inuentionem, ac deſcriptionem rerum admirabilem Diuini cognomentum nactus eſt, ducẽ elegit Poëmatis imitatione digniſſimum.

*Bartholomæi Tortolletti.*

TRiſſine, dum Tragico reboat tibi Scena cothurno,
Atq; Getas Heros pellit àb vrbe tuus.
Græcia tota tibi plaudit, tibi plaudit Homerus;
Muſa Sophoclæis & rediuiua notis.
Ipſa ſui gaudens fert incrementa decoris
Accepta ingenio Thuſca loquela tuo.
Quandoquidem Graias artes, atq; Attica cœpta
Traijcis ad noſtræ tertia iura tubæ.
Vtraq; agit grates tibi, ſic pro munere tellus
Altera, quam repetes, altera, quam cumulas.

*Arioſti, & Taſſi.*

LVdouicum Arioſtum, ac Torquatum Taſſũ Hetruſcæ Poëſeos lumina, Italicos Apollines eodem Elogio concelebrandos arbitror, vt par vterq; præconium obtineat, qui par ferè no-

minis, & gloriæ faſtigium, vel diuerſa via obtinuit. Torquatus cultioris ſtyli maieſtate, doctrinæ prę-ſtantia, veriſimilis poëtici, Chriſtianæq; modeſtiæ ornamento, grauitate iudicij, fabulæ vnitate, artis cultura nobilior eſt. At Ludouicus clariori eloquio, vbertate inuentionis, collationum amœna multitudine, inexhauſta vena, & caſuum varietate præſtã-tior, ad affectiones animi permouendas efficacior; in imitando figmenta Poëtarum fœlicior, in deſcribendo facilior res haud narrat, ſed ob oculos ipſos legentis ponit, hinc DIVINI titulo à Torquato, & à Scriptoribus alijs inſignitur. Quid plura? Ludouicus verior Poëta; Torquatus elegantior videtur, hic Virgilius Bergomas, ille Homerus Ferrarienſis. Iudicium hoc ſit de vtriuſq; Poëmate primario: vtrumq; profectò viuet immortale in admirantium manibus publico exceptum plauſu, & in plurimarum nationum linguas adoptatum. De alijs iudicare inter ſe collatis fortè nimis arduum, cum diuerſa plerumque ſcripſerint. Ingenium Taſſi prę-fulſit in elegantiſſima Fabula Paſtorali, cui nomen Amintæ, in prænobili Tragœdia Turiſmundi, in Coſmopæia, quã ſolutis numero verſibus expreſſit eruditiſſimè, in paruo Poëmate Rinaldi muſæ adoleſcentis fœtu; in Lyricis carminibus, quę ſummis laudibus attolluntur, in Dialogis demùm quibus diuinum Platonem ęmulatus eſt. Areoſtus ſupra latina

Epi-

Digitized by Google

Epigrammata ęqualibus celebrata eruditis rara fœlicitate ſcripſit Satyras mordaci ſalę conſperſas, & Comœdias plures Thæatrali voluptate ſæpè repetitas, inter quas maximè Suppoſiti excellunt inuentionis, atq; ſucceſſus amœnitate cum Plautinis facilè contendentes. Reliquum eſt, vt adeò excellentes *P*oëtas cum principibus Græcorum, Latinorumq; conferendos òb admirandam ingenij, atq; operum fælicitatem veneremur.

*Franciſci Rouai.*

QVò quò furoris flamine percita,
Et mole fidens corporis, impia
Tendis Iuuentus? quid laboras
Monte ſuper geminare montem?
Spernit Gigantum terribiles minas
Tranquillitatis culmen Olympicæ,
*P*acemque fruſtra ſempiternam
Terrigenæ miſeri laceſſunt.
Iam iam nigrantes eripiunt Polum
Nubes, corruſcus iam tonitru fragor
Horrendum in immanes cateruas
Fulminat; en ferunt ruinæ,
Sternuntque Letho centimanum gregem,
Fœlix, ſed altè pandit ad Æthera
Pennas, & Aſtrorum per orbes
Emicat inuiolata Virtus.

Vn-

Digitized by Google

Vndas morantem vidimus Orphea
Manes per ipſos carpere iter Cheli;
Stelliſque permixtum capillos
Sydereo religare nodo:
Sed quid vetuſtæ præmia Gloriæ
Inſerta noſtris carminibus nitent?
Me flore vernantes recenti
Ad numeros reuocent coronæ.
O Sydus alto maius Apolline,
Ferrarienſis grande decus ſoli,
Lauroque præfulgens, & auro,
Seù grauibus ſocianda chordis.
Infeſta narras prælia Sequanæ,
Mauriſq; frendentem agminibus, ferum
Armas Hidaſpem; ſiuè nectar
Fundere per teneros amores
Inſpirat ardor: Fulmina, fulmina,
Non verba torques: ad nitidum iubar
In corde depulſis tenebris
Dulce iubes renouare carmen.
Sed quò renidens me rapit arduum
Obſcura fulgor nubila tranſuolans?
Quæ ſtella flammatas per arces
Fundit opes veneranda tecum?
Torquatus alma ſplendet adorea
Euectus alis ſyderibus ſuper,
Chriſtique Cycnus Barbarorum

Eri-

Digitized by Google

Eripit è manibus ſepulchrum.
Audin, metallo grandiloquo vt ſonet,
Spectas ne Thracem per Solymæ vias
Pallore perfuſum trementi
Armorico dare terga ferro?
Iam flamma vaſto voluitur impetu, in
Præceps aguntur tecta ruentia,
Palmiſque iam ſurgens Idume,
Marte cadit populata Gallo.
O ter beatum nobile ſyderum
Par, quo ſuperbis Italicum melos
Regnis potitum præualebit
Argolico dare iura Pindo.
Teſtantur Alpes ad Citharam, leues
Nunc ire ſyluas: impatiens moræ
Rupes inacceſſum per æquor
Noſcit iter: rapiente Plectro;
Iam non reſiſtunt difficiles feræ,
Diſcitque ſenſus implacidum genus,
Cauteſq; dediſcunt rigorem
Gurgite mellifluo madentes.
Iam quò fugaces Sol minuit dies,
Quò librat horas lumine longius,
Veſtrum elaborabunt Camænæ
Tyndaridæ gemini triumphum.

Diui

*Diui Franciſci Xauerij.*

TOt Regnorum, ac gentium dominatrix Hyſpania complures elapſo æuo Diuos, atque Scriptores doctrinæ ſolidioris edidit, itaut, ſi omnes celebrarem, æquior, ſi nullum, iniquior, & planè iniuſtius eſſem. Horum volumina eruditionis maſculæ plena in Templo Mnemoſynes, illorum verò nomina in ſacrario diuinitatis effulgent vitæ libro ſcripta, ideòq; non indiga noſtræ laudis aliquā dò morituræ. Tamen gratæ pietatis erit vnicum ſaltèm Xauerium in Orbe (vt appellamus) nouo Apoſtolum obſequioſo præconio venerari. Hic Diui Ignatij Loyolæ, qui tam præclaræ Societatis author extitit, ſocius diſperſit cum ſole manus in vtroque mundo æterni conditoris opificio, ſcilicèt Eccleſiæ Catholicæ operatus.

Cum verò tria potiſſimum ſint, quæ Diuinum Apoſtolum declarent Miraculorum vis, diuini verbi prædicatio, itinerum longitudo, periculis innumerabilibus fœta ob animorum ſalutem tolerata, quis Franciſcum Xauerium Apoſtolatus nomine condecorandum inficiabitur?

*Imperfectum eſt Elogium, quod commodiori tempore abſoluetur Deo fauente.*

*An-*

Digitized by Google

## Andreę Alciati.

NVlli fortè Italorum auita memoria cùm Grę-cæ, tùm Latinę eruditionis, ac doctrinæ multiplicis opes maiores cõtigerunt, quàm Andreæ Alciato Iuris Conſulto omnis Inſubrię prę-clariſſimo. Natus in Vrbe Mediolanenſi, quæ no-biliſſimi Italiæ Archiepiſcopi Sedes; Galliæ Ciſalpi-næ caput eſt, atque Seminarium Heroum, diuorũ, Principumque ſummorum, ingenio verſatili flo-rens, antiquitatis peritia, ſolutę orationis candore, latini carminis ornamento; virtutibus, ac humani-tate, quæ perfectæ comes eruditionis eſt, grauium ſcientiarum dignitatem nobilitauit.

Hinc meritò opimis auctus ſtipendijs in Galliæ, in Bononienſi, in Ferrarienſi, in Ticinenſi Gymna-ſio præcellentis Doctoris munus expleuit cum ad-mirabili concurſu Auditorum ex vniuerſa Europa confluentium tanquã ad Oraculum Apollinis. Tan-ti viri opera fęliciter elaborata in eruditorum mani-bus verſantur præſertìm Emblemata, quæ candor, elegantia, ſententiæ nobilitant, toties typis recuſa, & in Italicam, Gallicam, Hiſpanicam linguam con-uerſa, & commentarijs celebrium literatorum illu-ſtrata.

Nomen verò ęternitati conſacratum plaudentis



Digitized by Google

famæ linguis viuet immortale, ſi tantum ſperare licet mortali: & niſi Scriptoris, vel egregij famam excellentioris gloria fortè naſcituri obſcuret, atque obruat, quod in omni pænè Arte liberali contingere vidimus, itaut hic verſus paulisper immutatus referri poſſit.

*Succeſſore nouo tollitur omnis honor.*

QVale tuo, Andrea, cælatum Emblema ſepulcro
Magnæ argumentũ nobile mentis erit?
Iuſtitiæ an Libram pingam? qua iudice nullus
Æquiparanda tibi pondera iuris habet.
Ipſa graui an potius Iuriſprudentia vultu
Signabit tumuli marmora clara tui?
Hoc benè: nam Legum virtus aut mortua tecũ eſt;
Aut hîc, vt vitam det tibi, viua ſedet.

*Petri Franciſci Minotij.*

ET Mediolani effulgent mira omnia, mirum
Sed magis, Andreæ, quod fuit alma parens.
Aſtręa, & Muſis, varioque Emblemate clarus
Viuit Apollineę gloria prima lyrę.
Iam caput Inſubriæ à ſuibus ſua nomina luſit;
Hoc tamen à Cycno nomina magna trahit.

*Pe-*

## Petri Ronſardi.

PEtro Ronſardo Equeſtris generis viro plurimum debet Gallia Tranſalpina, quòd tot Imperatorum, & Regum ſuorũ triumphis Apollinarem gloriam addiderit. Is enìm Romana, Græcaque literatura fœlicitèr excultus vſque adeò eleganter Gallicam linguam ad Poëſim informauit, vt magno ore, magnos Poëtas Homerum, Pindarum, Lycophronem, Aeſchylum, Ariſtophanem, & Horatium Gallicana veluti donatos Ciuitate decantaret. Inuidiæ, quæ continentèr excelſa petit, fulmina contorta retudit Ronſardus clypeo multiplici, ſcilicèt patrocinio Margarithæ Henricus II. Regis ſororis, eruditiſſimæ viraginis, & eius Cancellarij Michaelis Hoſpitalij; M. Antonij Mureti, atq; Remigij Bellaquei. Nec deſiderati ſunt Mœcenates Franciſcum ſuprà ſecundum Carolus IX. & Henricus III. Galliæ Reges fraterna velut æmulatione in ornando Petro contendentes. Carolo Elegias, & opus Francialis eius impulſu inſtitutum inſcripſit Ronſardus, qui fato Muſis lacrymabili abreptus innumeræ ad funus propè Regium confluentis multitudinis lacrymas excitauit. Oratione funebri, plurimiſque Epitaphijs, ac Epicedijs eruditorum celebratus eſt, nec immeritò: fuit enim præter illuſtrem



Digitized by Google

Poëſis, atque doctrinæ prærogatiuam facilis, ſ tetus; erga omnes, quibus lyra, & carmen cordi, liberalis, & liuoris, qui non paucos eiuſdem artis profeſſores inficit, expers, cuius argumentum poſteritati commendandum exhibuit. Siquidem vbi diuinam æterni Poëtæ Hebdomadam heroico expreſſam Berthaſij carmine inſpexiſſet, huic aureum calamum dono miſit hoc Elogio nobilitatum, ſcilicèt BARThaſium plus laudis aſſecutum eſſe vna hebdomada, quàm Ronſardum tota vita.

*Franciſci Mariæ Gaddij.*

ERgo facundas oculata pennas
Quondam, & auritis opulenta linguis
Fama, quid tantum memoras loquaces
Tergoris alas.
Diſce, quas aptes humeris ſonoris
Pulchrius plumas, quibus eruditos
Appares curſus, nitidoque findas
Remige nubes.
Candidum vatum decus, an Garumnæ
Pindarus magni docet, ac decoro
Monſtrat exemplo, benè quas retendat
Gloria pennas.
Nempè regali nitidum metallo
Arbiter plectri pius efficaci

De-

Deſtinat vati calamum diſertæ
Munera dextræ.
Cordis ò magni, niueæq mentis
Aureum teſtem, bona cui ſecundum,
Nec videt Clio ſimilem, ò decentum
Pignus amorum.
Petre nunc magni ſuper alta Cæli
Victor æternos meditare curſus,
Vſus, & penna minùs vſitata
Surge ſub auras.
Ales Argiuis melior, niualem
Dicerem Cycnum, niſi, dum miniſtras
Aureas pennas Heliconis vltrò
Dicere Phœnix.

*Thòmæ Contareni.*

PVlcherrima ſanè arbor Contarena, non vti platanus iuxtà aquas, at in aquis inſtabilis Regni ſtabiles ſortita radices diffuſo vertice in Cælum attollitur. Hæc licèt annoſa, viridi tamèn ſenectute frondeſcens oſtentat fœlicibus ramis ſuſpenſa tot Principum regalia inſignia, Cruces, Mitraſque complurium Antiſtitum; Scriptorum calamos, Imperatorum Vexilla; centenas denique trabeas Senatorum, qui Veneti Magi-

Digitized by Google

Magiſtratibus, & Præturis functi Legationes propè innumerabiles geſſere. Ex his auita memoria Thomas D. Marci Procurator ingenij magnitudine, grauitate conſilij, prudentiæ diuturno rerum vſu roboratæ præſtantia grauiſſimis negotijs par, Oratoris munus ter impleuit Patriæ cum dignitate apud Solymanum Orientis Dominatorem bellica virtute, atque inexhauſtis imperij omnium validiſſimi viribus formidabilem. Neq; verò à tam feroci maieſtate formidinem Contareno incuſſam arbitreris; cum enìm in tertia Legatione iniquas pacis cõditiones audiret, generoſa libertate reſpondit, Se pro ineunda pace, quæ cum dignitate Reipub. fieret, Byzantium profectum; ijs quæ peterentur, nullo pacto adſentiri poſſe, Rempub. fortiter dimicaturam, extrema potiùs pericula ſubituram, quàm de ſuis ditionibus quidquam ſpontè cederet. Italia verò armorum inter fluctus æſtuante anno reparatæ ſalutis 1557. apparatibus ad Imperij defenſionem factis à Senatu Legatus (hic Prouiſor Generalis eſt, qui à nonnullis appellatur Imperator) ſumma cum authoritate in Cõtinentem miſſus, ne detrimenti aliquid Reſpub. caperet, ſedulò proſpecturus. Perſpecta Thomę virtus ad celſiores vſq; dignitates euecta eſt: Cum enìm anno ſuccedenti Reſpub. Cypro timeret à terribili claſſe Solymani, quæ triginta ſupra centum triremibus, hippagogis viginti, alioqs

naui-

Digitized by Google

nauigiorum genere ad trecenta conſtaret in Senatu latum eſt, vt centum triremes armarentur; claſſis Imperator maioribus Comitijs Thomas creatus; Pandulphus verò Contarenus Legatus deſignatus; continuò decem triremes ad claſſem, cui Chriſtophorus Canalis alter Legatus præerat, mittuntur; Melchior Michaelius ſummo cum imperio Corcyram, Cyprij Regni præſidia ſupplemento Italorum trăſmiſſo augentur; Epiſtolæ ad Sebaſtianum Venerium ſupremum Inſulæ Præfectum, atque reliquos Magiſtratus huius, & Cretæ, aliarumq; Prouinciarũ exarantur, vt primores, & populos ad ſtrenuam defenſionem adhortentur. Vexillum verò imperatoriũ inter ſacra à Vincentio Diedo Patriarcha concelebrata, fauſtis auſpicijs Cõtarenus accipit à Principe, à quo ad Prætoriã nauẽ comit ante Senatu de more deductus claſſem petit. In hac octoginta, & amplius nauigia, triremes Illyiricæ 29. Cretenſes 13. Venetæ 18. ad tranſtra ablegatorum, Celoces 15. Biremes quinque, Myoparones tres numerabãtur. His Venetorum apparatibus Turcę haud parũ ſollicitabantur, itaq; non fuit opus Contareno cũ Barbaris Veneto dominio parcẽtibus dimicare Neque ideò minùs fortunatum, vti leme ducem exiſtimes. Satius enim eſt Reipub. maritimas vires, quibus vniuerſa imperij moles innititur, integras conſeruare, quàm eneruare bellando, vel feliciter cum

hoſte

hoſte longè potentiori, qui Martis inſtaurato turbine, licèt aliquo prælio victus, vniuerſo demùm bello victor euaderet immani cum periculo Venetę libertatis, quæ nunc præcipuum Italici nominis ornamentum eſt.

*Lege in Corollario Poetico Syluam in laudem Thomæ.*

## *Camilli Vrſini.*

NVllum facilè genus Italię tot regulos, & imperatores exercituum, totq; ſimùl Cardinales oſtentabit, quot Vrſinum Pontificium, ac regijs affinitatibus inſignitum. Teſtes Etruria, Boemia, Gallia, Neapolitanum Regnum, in quo Vrſini Dynaſtæ compluribus Vrbibus, ac longè plurimis oppidis imperarunt.

Ex ijs Camillus Nomentanus Pauli Marchionis Tripaldæ filius militari peritia, & virtute præſtantiſſimus exercituum dux immortalis poſuit monumenta conſtantiæ, eloquentiæ, prudentiæ, fideiq; ſingularis in Gallia Ciſalpina, in Latio, in Apulia, in Dalmatia Reip. Venetæ, Romanorumque Pontificum ditionem, atq; dignitatem conſtantiſſimè tutatus. Longum eſſet ire per ſingula, quæ à Scriptoribus fælici eloquio celebrantur. Romam tamen, & Parmam ſupremo Chriſtianæ Reip. Moderator.

con-

conſeruatas obliuioſo inuoluere ſilentio nefas. Siquidem in tuenda, retinendaq; Parma, cuius cuſtodiam à Paulo III. Pontifice acceperat ea Lege, vt nemini abſq; pontificiò iuſſu, ac mandatis traderet, adeò excellenti Fide, atq; conſtantia præfulſit, vt licèt pecuniæ inopia premeretur, nullis quantumuis ingentibus præmijs àb inſtituto deduci potuerit Octauij Farneſij vim, & Purpurati Senatus iuſſa cõtemnens. Tàm præclarum facinus, & ſummi Pontificis, & nobilium Hiſtoricorum præconia promeruit.

Demùm innumerabilium ferè meritorum agmine ſtipatus in id auctoritatis, ac exiſtimationis faſtigium imperantẽ Paulo IV. euectus eſt, vt Romę penè Arbiter, Moderator vniuerſæ nobilitatis àd ipſum confluentis poſt ſeruatam àb inſidijs Albæ Ducis, qui cum exercitu maximè numeroſo clàm propinquauerat, Vrbem, annis, & honoribus onuſtus deceſſit ciuium lacrymis digniſſimus, & cõmuni voce Pater Patriæ compellatus.

## *Ferrantis Caraphæ, & Iulij Cæſaris Caraccioli.*

POëſi nobiliſſimæ, diuinæq; facultati olìm incubuere maximi Reges, Cæſares, Pontifices, rati nobilitatem, gloriamq; ſibi ex ea amplificari, non imminui, vt quidam imperiti, ac deſides,

 maio-

maiorum fumoſis imaginibus, & auita luce, non ſua nobiles arbitrantur. Horum opinione deſpecta Ferrantes Carapha, & Iulius Ceſar Caracciolus Neapolitani proceres longè clariſſimo, ampliſſimoque genere orti Poëſim amplexi ſunt. Longum eſſet, ac ſuperuacaneum vtriuſq; familiæ Heroas, titulos, Principatus, affinitates, ac dignitates ſummas recenſere. Id tantùm attigiſſe ſufficiat, vtramque in primis haberi Neapolitanæ Ciuitatis, quæ nobilitate equeſtri par eſt cuilibet in Europa, ſedes voluptuoſa olim ſummorum Principum, ac Poëtarum; Muſis hoſpita & Gratijs; Italiæ deliciæ, Naturæ matris benigniſſimæ amor, & cura. Ferrantes Sancti Lucidi Marchio, Iacobi Sanazzarij auita memoria vtriuſq; Poëſeos antiſtitis veſtigia ſectatus, politiori literatura nobilis, apprimè cultus, & cultor optimorum Hetruſcæ linguæ Scriptorum in cunctis ingenij fœtibus dignoſcitur. Hic multa, & omnigena carmina orationibus, & epiſtolis ad cunctos Chriſt. Reipub. Principes ſociata edidit, vel continentibus diſtractus negocijs, atque curis publicis ęquè, ac priuatis, prudens dynaſta, & aulicus, & Academiæ Serenorum inuentor. Iulij verò ſonecti pauci, ſed elegantes, eruditi, faciles, ac numeroſi, quibus Petrarcam imitari videtur, extant intèr flores illuſtrium Poëtarum àb Hieronymo Ruſcello collectos, cuius vti Scriptoris eruditi, iudicium minimè

con-

contemnendum eſt nobis, vt honorificũ Caracciolo. Siquidem dulce, & decorum eſt non mori totum, ſed viuere buſto ſuperſtitem in albo præcellentium virorum.

*Lelij Mancini in almo Gymnaſio Piſano Ciuilium Legum profeſſoris Ordinarij.*

PARTHENOPE nati veniunt, quos gloria nutrit
SIRENVM modulis, nectare Apollineo.
Sic parit illa duos, creſcunt virtute gemelli,
Sic alit illa ſuos, ſic facit illa viros.
Muſæ dulcè decus dant cantu Parthenopæum
Muſæum SIREN fundit àb ore melos.
Quam dignus Lauro, quam Phœbo CARVS vterq;
Et patriæ, & generis nomen, & acta probant,

*M. Antonij Columnæ.*

QVem verò inter Italicos auita memoria bellatores M. Ant Columnæ præferemus? Huic Pontificiũ genus Princeps factionis in vrbe, orbis regina, fœtum Heroibus, Purpuris, titulis, Principatibus; Animus ingens, & planè Romanus; Militaris vigor, & prudentia excellens perenni rerum bellicarũ vſu roborata; gratia, & exiſtimatio



Digitized by Google

apud ſummos Principes ſingularis; affinitates cum Vrſinis, alijſque regulis clariſſimę, inuſitatus honor triumphi; dignitates ampliſſimæ. Dux quippè Taleacotij, & Paleani, Magnus Regni Neapolitani Comeſtabilis, aurei velleris eques, pro Rex Sicilię, Pontificis imperator in Selymum Orientis formidabilem Tyrannum in prælio nauali ad Echinadas ea virtutis exempla edidit, vt ingenti Barbarorum claſſe profligata fuerit author noſtræ Victoriæ in omnem poſteritatem omnium gentium literis, atque linguis prædicandæ. Hinc non vnã coronam ciuicam, at millenas promeritus, qui tot Reipublicæ Chriſtianæ ciues àb intolerandæ ſeruitutis catenis vindicatos immortali beneficio ſeruauit. Romam ingreſſus priſco Imperatorum triumphantium more, præda, & exuuijs hoſtium, nobiliumq; captiuorum agmine præeunte ſingulari totius populi confluentis lætitia, plauſuq; exceptus opima ſpolia Pio ſacrorum Regi, & Purpuratis patribus in regia Conſtantini aula aſſidentibus detulit, in quibus excellebat Acmates; & Maumethes filij Halis Turcicę claſſis Imperatoris. Poſt triumphum aliquandò vniuerſę fæderatorũ claſſi abſente Ioanne Auſtriaco duce ſupremo imperauit Columna vexillum generale fœderis geſtans, verùm per diſſentientes ducũ, principumq; ſententias, & moras non licuit victoriæ Chriſtianorum maximę fructum conceptæ olìm opi-

opinioni parem comparare. Vſque adeò lætha-le fæderum eſt venenum, ac peſtis indomita ſociorum priuati fines rarò in publici boni adeptione conſtantes, & ambitio bellatorum de peculiari dignitate, atque exiſtimatione contendentes.

*Angeli Gallutij.*

THreijcia feruens de ſtrage Columnius Heros
Ionio fixit certa trophęa mari.
Inſtabilique ſuos ſtabiliuit ſede triumphos,
Et ſtetit in medijs celſa Columna vadis.
Horruit Alcidis geminas audacia metas.
Quam Turcæ metuant, vna Columna ſat eſt.

*Sarræ Martinengi.*

CVnctarum imperij Veneti gentium ditiſſima, & prępotens Martinenga Marti deuota plurimos peperit Dynaſtas, atq; ductores, quorum nonnulli fuere titulo Imperatoris inſigniti. Intèr hos Sarra, cui pater Georgius Comes, & dux egregius, auus Cæſar cognomento Magnificus; ingenij mirabilis vigor, periculorum contemptus, robur ſomno, & labore indomitum, imperij, gloriæque mili-

militaris cupiditas. Siquidem oſtendit Martinengus, quid potuerit generoſi iuuenis indoles nutrita faustis ſub penetralibus Henrici II. Galliarum Regis. Sacrato Diui Michaelis torq; honeſtatus cunctis in bellis peditum tribunus; iterùm imperatoriũ nomen obtinuit ad expugnandas arces in prælijs, in obſidionibus, in debellandis Vrbibus interfuit viri bellacis, & inuicti laudem conſecutus. Verùm in bello, quod Reſp. Veneta cum præpotentis Aſiæ regnatore geſſit Anno reparatæ ſalutis 1571 Iacobo Malateſtæ Turcarum captiuo nuper Epyri, atq; Aſcriuij Militiæ Præfectò ſucceſſit ab infauſto duce infœlix omen accipiens; Martinengus enìm Gubernator Generalis Epyri fortitèr ſuſtinens Acamatis Baſſæ, & quindecim millium Turcarum impetum, atq; à mœnibus Olchinij ſua, & Oppidanorum, & militum virtute ſubmouens, pinna mœnium decuſſa hoſtili tormento ruina ferè obrutus eſt, itaut ſenſu linqueretur; hinc tantùm trepidationis propugnatorum animis eſt iniectum, vt claſſe Turica in Vrbis conſpectum prodeunte vnà cum Hieronymo Venerio Prætore deditionem facere coactus ſit honeſtiſſimis tamèn conditionibus. In ſequenti anno Sarra quinque peditum millibus acceptis ad oppugnationem Neocaſtri ad Rhizonium ſinum mittitur irrita fortitudine ſua, Sylleq; fratris, & aliorum ducum; nàm confluentibus vndiq; Turcis longè

gè

gè impar viribus ſtrenuum poſt certamen re infecta diſceſſit. Militan' denique Gallis minori tormento, an fulmine ictus ſub Sciarite occubuit ingenti cum dolore Galli regnatoris, qui ſplendidiſſimo, ac regio planè funere carum ſibi caput ereptum exornauit. Viuat igitur Sarra Scriptorum monumentis poſteritati commendatus ad generis, patriæq; nobiliſſimę ornamentum.

*Franciſci Rouai.*

OBrutus ingenti Pinnarum fragmine Sarra
Occidit, exoriens acrius inde ferit.
Sic tonat Enceladus, ſemiuſtaq; pondera montis
Diſcutit, & rabido concitus igne furit:
Sydera diffugiunt Cœlo, Sol turbine pallet,
Horret & occiduis languida Luna comis.
Sed pius iſte Gigas Lunam dum fulmine quaſſat,
Sol geminat Fidei clarus in Orbe diem.

*Clem. Ioannicij, & S. Simonidis*

AMpliſſimum Poloniæ Regnum dignitate præpotentum Senatorum, & bellica gloria inclytum immortalia complurium Poëtarũ ornamenta commendarunt. Ex his Clemens Ioannicius

nicius, & Simo Simonides: vtrique ferè par ingenij, ac eruditionis omnigenæ præſtantia; cum eruditis proceribus amicitia, honor à ſummis Principibus acceptus. Clemens Petri Kmithæ Palatini Cracouienſis æquiſſimi patroni beneficio Apollinarem coronam à Maximiliano I. Cæſare non ſine honorificentiſſimo Elogio impetrauit. Regum Polonorum vitas Elegiacis verſibus eruditè perſtrinxit, quas Thomæ gratus inſcripſit, nec non libros Triſtium, Arithmeticam, Elegias, Epigrammata, & Poëmata varia. Præthereà inſtinctu Andreæ Cricij Eccleſiæ Metropolitanæ, ac Regni Poloniæ Primatis Archiepiſcoporum Geneſnenſium vitas conſcripſit.

Simonides verò Philoſophia, & politioribus artibus in Academia Cracouienſi nobilitatus Italiam petijt, vbi à Clauio, Vicelleſcio, Mureto, Molina, & alijs maſculæ doctrinæ fontibus vberrimam hauſit eruditionem. Hinc ſibi conciliato nobilis Herois Ioannis Samoſcij amore, atque patrocinio ampla beneficia in Principis aula conſecutus eſt. Hinc à ſupremo Chriſt. Reipub. Moderatore Clemente VIII. Pontif. verè Maximo phœbęum diadema obtinuit, eò quod vnus penè magni Lipſij ſententia ęquales Poëtas plerumque triuiales, non phraſi tantùm, & numeris, at multiplici ſcientiarum cognitione, ſolidæque eruditionis pondere ſuperarit.

Mul-

Multa, & diuerſa carmina, quà Sarmatico, quà Romano calamo fœlicitèr exarauit obliuionis domitor, & candidatus immortalitatis.

*Lælij Mancinij.*

EN Poli Vates reſonant Poloni,
Muſa quos Cælo beat alma; certant
Nobiles cantu, meritiſq; Clemens,
Simonideſque
Ille dum plectro remeare vitas
Imperat Regum, Procerumq; diuis
Proximus turget, cui ſerta nectunt
Laurea crines.
Regijs alter veneratus Aulis
Corde præcelſos reputans triumphos,
Induit Phœbi diadema ſacrum
Auſpice Petro.
Intonant lauri, geminaque fronde
Conſtrepit virtus; ſonat inde totum,
Laurus vt laudis crepitauit igne,
Fama per Orbem.
Sic ſuum Phœbo decus, atque Muſis;
Sic ſuum Vati precium laboris,
Quem docet longas vigilare noctes
Gloria, nomen.



Digitized by Google

### Io. Bapt. Guarini Equitis.

NVlla Italiæ Ciuitas, vna excepta Florentia, quæ prætèr alios complures, non paucos Laureatos Vates edidit, Ferrariam magnis proceribus inclytam numero illuſtrium Poëtarum antecedit. Siquidem (vt prætereamus Titum, Herculemq; Strozzas, Thebaldeum, Calcagninũ, Bigum, Pignam nobiles Latij cultores) cernimus in Etruſcæ Poëſis prato amœniſſimos veluti flores, è quibus immortalem Italiæ coronam texere licet, Areoſtum cum Boiardo; cum Gyraldo, & Hungaro Bruſantium, Gualengum, atque Guarinum. Hic acris ingenij fœlicitate nobilis egregios ſonectos, & elegantes verſus, qui vulgo Madrigali compellantur, aculeatis finibus claudens palmam in huiuſmodi carminibus meruiſſe tunc videri potuit æquo rerum æſtimatori: Nominis tamèn immortalitas illi contigit ex Paſtore fido Tragicomœdia, qua Theocriti, Virgilij, Sannazarij, ac Torquati Taſſi paſtoralem auenam adæquauit inuidiæ, atq; obtrectationis domitor, ac triumphator. Scilicèt huic Poëmati par haud facilè inuenies, cum principem in hoc genere ſedem occupauerit Guarinus præſtantiſſimorum Poëtarum famam conſequutus. Stylum forte pulcherrimum iudicabus, niſi minùs pulcrum,

quod

quod nimis pulcrum aliquandò; ſententijs maximè creber, in excitandis affectionibus efficax, in explicatione rerum excellens, numerorum dulcedine auribus ingenioſè blanditur.

Nota 1. *Nulla Italiæ Ciuitas (una excepta Flor)* *Ne quis à me aliquid datum Florentiæ, aut Ferrariæ putet, legat notam in Coroll. poet. pag. 82. & Lilium Gra. Gyraldum de poetis noſtrorum temporum Dialogis, in quibus non paucos Florentinos, & Ferrarienſes poetas, ſeq; ipſum celebrat, & gentiles Cynthium Ioan. Bapt. & Flauium Antonium: eoſq; à me in Elogio nominatos, præterea Hieronym. Caſtellum, Curium Lancilottum Paſium Laurea inſignitum, Cæſarem Morum, Gabrielē Areoſtum Ludouici fratrem, Iacobum Sebetium, inter ſodales Canonic. S. Seruatoris, Iacobum Aſtalum, & huius filium Archelaū, patremq; Petrū Antoniū, Guarinos, alioſq; Herculem II. Eſtenſem Principem Ferrariæ, &c. qui ab ipſa infantia carmina ſcribere ſolebat, ex cuius cubiculis exiuere duo non indigni, ut cum poetis connumerentur Auguſtinus Muſtius, & Nicolaus Bendideus.*

### *Rodulphi Campeggij.*

BOnoniam fertilitate ſoli, ædium amplitudine, Sacris Reipublicę Chriſtianæ Principibus, Equeſtri ſplendore, doctrinæ titulis glorioſam Etruſca poeſis hoc æuo illuſtrauit floren-



BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON 1892

Digitized by Google

tem alumnis Apollinaribus, Rodulpho Campeggio, Hieronymo Preto, Claudio Achillino, Cæſare Rinaldo. Rodulpho Comiti genus Romana purpura, & ſacratis infulis maximè florens magnam claritatem attulit, at longè maiorem nobiliſſimus ingenij fœtus Philarmindus Fabula paſtoralis. Huius peripetiæ planè mirabiles, atque optimus rerum contextus. Nec deſideratur præcipuum poeſis decus πάθος

Choros pleriq; laudibus extollent, præſertim ſecundum, qui ſanè pulcherrimus eſt.

Stylus in vniuerſum elegans, ſalutaribus præceptis armatus, acuminibus ſententiarum ingenij verè poëtici vim igneam exprimit, quam iudicij grauitas prudentèr temperauit, itaut in opere ſuis numeris abſoluto nihil ferè carpas, nihil deſideres.

Hoc ſepties editum, atque ornatum venuſtula Auroræ Fabula inter actus decantanda illuſtri præconio docti Achillini, Magni Marini, & aliorum Poëtarum (hæc germana laus, & fœlicitas eſt nobilis Scriptoris) inclaruit.

Neque verò contentus ea gloria Campeggius ingenium ad omnem poeſim habile à natura conſecutus ſuprà Italiam Epithalamium de regijs nuptijs Victorij Amadei tunc Principis Pedemontani, & Chriſtianæ Ludouici Regis ſororis,

Tancredum Tragœdiam Sophoclæo nobilis Cothur-

thurno edidit, ac Poëma de Virginis Deiparæ luctu, quæ tùm ſonecto, cùm epiſtolis à celeberrimo Grillo celebrantur.

*Elogij de Rodulpho Com. Campeggio tantùm non Paraphraſtica Ode. Franc. M. Gaddij Flor. è Soc. Ieſu.*

ALumna Legum, Mercurialium
Mater virorum magna, Bononia,
Solo decora liberali, &
Regificis operoſa tectis,
Te Vaticani faſcibus Imperi,
Et Purpuratis ambijt infulis
Togata virtus; ac recingit
Martis amans Equitum corona.
Neq; ipſe lauros haud violabiles,
Apollo fronti pernegat arduæ;
Sed ſerta profuſus miniſtrat,
Et ſolidas Helicone frondes.
Quid eruditum teſtor Achillea
Lyra potentem, non ſecus ac Phryges
Argiuus heros in fugaces
Ambiguam iaculauit haſtam.
Quid ſeù Rinaldum, ſeù Pretium canam,
In ora quorum tota ruit Charis,
Queis mille frontem laureatam
Impediun placidè coronæ?

Vnum

Digitized by Google

Vnum canoris artibus inclytum,
Ditemque vocum melle liquabili,
Campeggium ſydus, Rodulphum
Calliope memorat canendum.
Salue parentum gloria grandium,
Pars luculenti ſanguinis optima,
Et patrios ſuper nitores
Sol melior generis vetuſti.
Non tu verendam progenitoribus
Lucem latini muricis inuides:
Non inſula mentem, aut Quirino
Lana mouet ſaturata cocco.
Nec laureatæ ſtemmatis anchoræ,
Nec ſceptra dextris tradita Martijs,
Opeſuè maiorum, aut potentes
Magnam animam tenuere faſces.
Virtutis ampla dote decentiùs
Nempè enitebas. Iactet opes patrum,
Cui curta virtutum ſupellex;
Laudis inops, decorumq; cenſus.
Nigras parentum laudat imagines,
Qui luce nulla de proprio micat,
Cui nulla virtutum eſt imago,
Nec ſpecies animo decori.
Tu, quem beatis conditionibus
Æther ſecundo nectare lacteus
Exemit è vulgo, choriſque

Indi-

Digitized by Google

Indigetum ſociauit aureis,
Quamquam tuorum nec radijs cares,
Tamèn parentum lumine non eges,
Oſtrumque compenſas auitum
Laurigeris grauior coronis.
Quin bellicoſis ſceptra Vgolinijs
Tractata quondam Martia pectine
Mutas eburno, Phœbadumque
Iura doces numeroſa plectro.
O quale plectrum? tale ſub Iſmarum
Inſeuit ornis ſenſa loquacibus;
Amphione auritos canente
Tale, reor, lapides coegit.
Ingens Etruſci gloria carminis,
Et temperatæ norma Poëſeos
Teſtis Philarmindus, canoræ
Dulce decus, columenq; ſyluæ.
Ille, & decoris integer artubus,
Rerumq; nexu continuo valens;
Succoque plenus, & lepore
Stat ſolida fabrefactus arte.
Quam ſæpè, triſtes dùm pauet exitus,
Turbam Poëſis mobilis inſciam
Euenta non ſperata fallunt,
Et lacrymas cohibet voluptas.
Quam ſæpè feſtos flebilibus modos
Mutat querelis, omine dum bono

Plau-

Digitized by Google

Plauſum precantes nuptialem,
Funera, perniciemq; verſant.
Ille, aſperatis, aut feriat iocis,
Aut ore blandus commoneat graui,
Quam malit in partem, retorquet,
Cumque oculis animos coercet.
Ex ore ſermo Neſtoræe fluit
Compar Mineruæ, Gratia quæ choris,
Aut quanta maieſtas; & omnem
Quanta colit ſpecies poëſin?
O vatibus, Campeggie, coeteris
Maior, vel alto plenus Apolline
Regalibus ſiſtas amantem
Italiam thalamis miniſtram.
Vel Pana ſoccis exhibeas pigris,
Vel lacrimoſos celſior induas
Ad fata Tancredi cothurnos,
Vel placeant humiles auenę.
Vni tibi impar, cum melioribus
Molitus auſis ſacra Viraginem
Terriſque regnantem, atque Olympo
In lacrymas memoras euntem.
Rodulphe hic vnus par tibi erat labor,
Vt qui Italis præcurris oloribus
Heroas antegreſſa centum
Vna foret tibi Virgo Clio.

Train-

## *Traiani Boccalini.*

IN Traiano Boccalino Ciue Romano enituit Hermathena multiplicis eruditionis, & orbiculata illa ſeries omnium ſcientiarum, quam Græci appellant Encyclopediam. Inter has excellebat Politices cognitio ſingularis; hìnc Traianus ſal omnis eruditi conuentus,& ſpirans liber Principibus, ac ſenatoribus editus. Lingua, calamoque liberior, quàm ferret æuum adeò ſeruum. Ridens plerumque verum dixit, ſeriò pupugit ludens Boccalinus in orbis theatro ſatyrus palliatus acuminibus,& ſalibus facetiarum callidè temperans grauitatem ſententiarum. Complura opera immortalitati conſacrauit, quibus cenſura delapſi præſens tempus damnabat pæna mortuorum culpas viuentium flagellans.. Prudentèr ille quidem, ſi generatim ſemper ſcribens peperciſſet ſingularibus; quos aliquandò tenui, atq; perſpicuo velo potiùs ornatos, quàm tectos laceſſiuit. Hunc facilè poterat euitare ſcopulum, vtpotè qui non ageret hiſtoricum, quem volumus intrepida fronte, liberaq; prorsùs lingua vni veritati inſeruire. Siquidem fuiſſet ſatius edere, vt agnam innocentem, quàm dentibus caninis non ſemèl armaſſe veritatem. Huius ſedes corruptis rerum nominibus cathedra peſtilentię nū-

O cupa-

Digitized by Google

cupatur. Illa, vel pulcherrima Matrona turpiſſimos filios parit odium, ac pęnam; immodica verò libertas in præceps rapit Scriptorem, qui aliquando viduatur ipſe vita, quam libro parit. Mundus, qui potiùs vitia, quàm remedia fert, cenſorem nō patitur, aut magiſtrum; leones verò fidelium canum ora, vel iure latrantia deſpiciunt, aut diſcerpunt.

*Ode Balduini Dereſici.*

GAudij ſalue generoſa proles,
O ioci, o riſus; odij creauit
Vos parens hoſtes, comitaſque dulci
Iunxit Amori.
Miſta Muſarum ſacer, atq; Phœbi,
Ritè TRAIANVS propriam dicauit
Coniugi vobis face veritatem
Alite dextro.
Veritas riſum ſocians, iocumque
Prodeat, quamuis placitura nulli
Prodit, at cunctis fugienda latè
Præpete niſu.
Veritas aulis inimica Regum,
Grata nec Plebi nimis obſequenti
Regibus, ſplendens caput inter alta
Nubila condit.
Mentis ò ſudor lacrima, ecquid ora
Non rigas ſemper? licet an ſupremum

Ser-

Digitized by Google

Seruiat recti ſtudium, Tyrannis
Sæua vbi regnat.
Namque TRAIANVS modò veritatem
Reddit inuitis, odiumque amari
Cogit, hoc vno memori per æuum
Laude ferendus.

*Comitis Guidi Baldi Bonarelli.*

ETruſca lingua germanę dulcedinis pręrogatiua,& nouis vſque luminibus inſignita latinā cùm Lyricis carminibus, tùm Fabulis meo iudicio prorsùs adæquat. Poſſem hîc explicatis Elogij alis extollere Petrarcā,& alios, à quibus æquatur:

*Romanæ fidicen Lyræ.*

Poſſem ſupra nobiles aliquot Tragœdias, referre innumerabiles penè Comœdias,quarum non paucę videntur elegantes, & abſolutæ ad inuidiam externorum, ad plauſum poſteritatis. Liceret commemorare Boccaccij Decades, Blondi Heromenam, aliaque id genus, quæ Poëticis, vel ſoluta numeris Fabulæ ſunt commendatione non indignę Diuinā verò Dantis fabulam multiplicis doctrinæ, atque inuentionis vbertate; vi affectionum dominatrice; iudicio in pænis,& purgantibus, & vltricibus adſignādis;enargia,præſtantia allegoriarū planè admirabilem quis inficiabitur? Accedunt recentium ingeniorū gemini fętus,velut Hermaphroditi Poëtici. Fabulæ paſtorales ex Tragica,& Comica permixtæ,

Inter has de ſupremi honoris ſolio certare videntur adhùc ambigua victoria Paſtor fidus Guarini, Taſſi Amyntas; Phillis Sciri Comitis Bonarelli. Hac nullam è Latinis fabulis me legiſſe memini ſuperiorem inuentionis præſtantia, varietate caſuum, contextu rerum; ſolutione nodi vindice digni, aureoque peripetiæ inſignis, & agnitionis nexu. Fabulam hanc, vti excellentem ingenioſis linguarum fulminibus petitam tutatus eſt author eruditæ linguæ clypeo, qui nobiliſſima in Academia Intrepidorũ habitis diſſertationibus, Doctis, Iuppiter, & laborioſis, geminum Amorem Cæliæ non temerè fictum defendit, atque validis rationibus confirmauit. Nõ falsò igitur intèr præcellentes Italiæ Poëtas relatus Apollinis Comes Bonarellus in Hermathæna Marini fato ſuperſtes vitam haurit neſciam mortalitatis. Siquidem poëſis Numinis immortalis filia, tùm ſuis alumnis, cùm patronis immortalitatem parit.

*Hieronymi Bartholomæi.*

SEptem Mæonides certantes reddidit Vrbes,
Illum dum iactat quælibet eſſet ſuum;
Tu facis Aonias ſtudijs contendere Muſas,
Dilectus cunctis dum Bonarelle canis:
Te petit Euterpe, picto ſi digna cothurno,
Verba Sophoclæo grandia àb ore tonas:

Car

Carmine ludentem tenui, mimiſq; Thalia
Te decus hinc ſocci prædicat egregium:
Montibus, & ſyluis Nymphas deducit agreſtes,
Si memoret flammas Phillis amata ſuas.
Inter Pierides alter tu Cynthius, ille
Diuiſum tecum detinet imperium,
Ipſe in Romanos numeros ſibi iura reſeruat,
At tibi in Hetruſcos ſceptra regenda dedit.

### Di Andrea Moroſini.

LA famiglia de Moroſini, come alcune altre Veneziane, per eſſere membro principaliſſimo della più famoſa, e potente Repubblica della Chriſtianità, e ſeminario di Prencipi, di Cardinali, di Generali, di Prelati, di Senatori eminenti per virtù, ricchezze, honori, e parentado reale, hà da inuidiare pochiſſime famiglie d'Italia, oltre a quelle de' Principi d'Altezza. Teſſerebbe vna Storia, chi voleſſe annouerare tutte le teſte ſegnalate del ſangne Moroſino; laonde mi contenterò di celebrare ſolamente Andrea Senator, e Storico degno dell'immortalità. Fù partorito alla luce vitale dalla Conſorte di Iacopo Senatore di maniche larghe nominata Cecilia, figlia del Proccurator di San Marco Paolo Cornaro, la cui ſtirpe aſſolutamente agguaglia di potenza, e di ſplendore continuato la Moroſina An-

na. Andrea non ancor terminato il periodo della puerizia dimoſtrò manifeſti ſegni della futura gloria, poiche d'ottima indole, di coſtumi innocentiſſimi eſſendo appreſe le due più famoſe lingue, eſercitatoſi, e nel verſo, e nella proſa, e nella Dialettica in Venezia, ſi trasferì all'Italica Atene Madre di Venezia, e nutrice della ſapienza per adattarſi più facilmente l'ali di Platone, doue dimorando lungamente abbracciò la Geometria, la Muſica, e l'altre parti della Matematica, e della Filoſofia. Di queſta i due lumi immortali Franceſco Piccolomini, e Iacopo Zabarella emuli, e principi di fazione litteraria parimente amò, ed oſſeruò.

Ma infaſtidito dalle ſcienze humane, colle quali nõ haueua ſodisfatto al natural deſio di ſapere, tutto ſi diede alla lezzione de ſacri Teologi, maſſime antichi, dalla quale affermaua di beuer vnitamente pietà, lettere, & eloquenza.

Vſaua moltiſſimi detti arguti, e giocondi, eſſendo di natura ſommamente affabile, piaceuole, ed offizioſa, onde non è marauiglia, ſe alla ſua caſa in Venezia concorreua gran copia di perſone ſtudioſe a lui con amicizia virtuoſa congiunte. Datoſi di 25 anni al gouerno, quaſi politico Gigante arriuò a ſopremi gradi, eſſendo notabilmente ſtimato, ed honorato da quella Repub. certo glorioſa conoſcitrice, e rimuneratrice de Gentilhuomini letterati, liquali

agli

Digitized by Google

a gl'imperiti ſuole meritamente antepôrre.

Aſpirando generoſamente all' eternità della fama propria, e della pubblica compoſe, oltre alcune operette, la Storia Veneziana diuiſa in molti libri abbracciando i più notabili auuenimenti all'Europa, e all'Aſia nel paſſato ſecolo ſucceduti.

Non ſi trouerà, trà moderni almeno, Iſtoriografo latino più copioſo, e diligente, e graue, nè che diſcorra meglio de gl'intereſſi della Republica, e de Principi del Moroſino, ilquale merita di eſſere chiamato, a guiſa del Gran Tito Liuiò Padouano al mio parere Idea di nobil Iſtorico, Latteo fiume di eloquenza Romana, veramente marauiglioſa in vn Senatore profondo in molte ſcienze, e ne maneggi pubblici occupato.

E' dunq; immortale l'obbligo, che le tiene la Nobiltà Veneziana, eſſendo immortale il benefizio d'hauer illuſtrato cō eloquēza illuſtre l'operazioni, e grādezze di quella. Fù publicamente pianto, benche ſepolto con eſſequie priuate, coronato il capo di laurea verginale, più glorioſa de regali diademi, hauendo queſta meritato per relazione del ſuo Cōfeſſoro, coſa mirabile in vna Città delizioſiſſima, doue regna Venere figlia dell'acque ſalſe, anzi tante Veneri, quante donne di ſquiſita bellezza iui à marauiglia riſplendono.

Fù honorato di nobili Elogi dalli amici, infrà i

qua-

Digitized by Google

quali Monſignore Luigi Lollino Veſcouo di Feltre ſodisfece all'obbligo dell'amicizia con diuerſe Poeſie, e col deſcriuere la vita del rapito amico con eſemplare carità, e con eloquenza memorabile.

*Ode del Sig. Caualier Guido Caſoni.*

SOn luminoſi i pregi tuoi diuini,
Auuenturoſa Hiſtoria,
Hor che'l gran Moroſini
Adorna te di gloria,
E tù co'l tuo ſplendore
Dai luce al Mondo, & hai dal Mondo honore.
De l'opre grandi, e de l'eccelſe impreſe
Tù de ſecoli andati
Relatrice corteſe
Moſtri sdegni ben nati,
Arme, inſegne, e Guerrieri,
Regni diſtrutti, e rinaſcenti Imperi.
Tù le coſe paſſate fai preſenti,
E i glorioſi geſti,
E i lugubri accidenti
De l'huomo, manifeſti:
E co'l tuo dir facondo
Se' la maeſtra vniuerſal del Mondo.
Quaſi in nobil teatro, hor lieta, hor meſta
Frà le gioie, e frà i mali,

Le

La fortuna hor funeſta,
Hor felice a' mortali
Rappreſenti, e co'l ſaggio
Del'inconſtantia ſua fai l'huomo ſaggio.
I Conſigli de Grandi, i fuchi, e l'arti,
Che di vaſto deſio
Son vaſtiſſimi parti
Tù ritogli a l'oblio,
E quaſi larue, e moſtri,
Ne la piazza de ſecoli i dimoſtri.
Sei de la Verità madre, e cuſtode,
Specchio, miniſtra, e amica,
Tromba di vera lode,
De la morte nemica,
Poiche immortale auuiui
I Morti, e i rendi ne la gloria viui.
Sei de l'Eternitade emula ardita,
Lingua de l'eloquenza,
De fatti illuſtri vita,
Occhio de la Prudenza,
Spirito de gli honori
Gran premio a la Virtù, pena a gli errori.



Digitized by Google

*Ioan. Barclaij.*

NVllùm facilè recentiorum opus eo exceptũ eſt eruditæ cateruæ plauſu, quo Argenis ad inuidiam Italorum, & admirationem ſuſpicienda. Hæc ſtylo exarata ſolido, politicis documentis, & ſingularibus elocutionis formis radiante, quem toroſa, & grandia carmina intertexta nobilitant, vnicum authorem declarat Ioannem Barclaium, æqualium ingeniorum amabile portentum. Hoc glorientur Scotia, cuius prænobile genus Barclai; Gallia, in qua vitales auras lucis hauſit; Anglia, vbi gratia, & exiſtimatione floruit, maximeq; apud Regem, à quo inter nobiles regij cubiculi adſcitus inſignia munera obtinuit, renuitq; oblatas dignitates fœlici mediocritate contentus.

Roma demùm, quæ à tribus Summ. Pontif. ornatum aluit complexa viuentem, & lacrymata ereptum importuna morte, quæ Muſas, Rempub. litterariam tantò columine, ac lumine orbatam diuturnis mæſtitiæ tenebris inuoluit. Siquidem ingenti eruditorum fraude per mortem non licuit Ioanni abſoluere Hiſtoriam Europæ, & Reformationẽ Euphormionis. Hiſtoriam elucubrarat de bello ſacro, quod Taſſus æternis carminib. expreſſit in Gothifredo. Admirabili prorsùs celeritate in ſcribendo fœlix



Digitized by Google

Barclaius ita ut Argenidem paucis menſibus perfecerit. Hanc tranſtulare Gabriel de Coral in Hyſpanicum; in Italicum idioma Carolus Antonius Cocaſtellus, & Franciſcus Pona Veronenſis Academicus, eloquentia, doctrina, varietate operum ingenij feraciſſimi conſpectus.

## *Virginij Cæſarini.*

NOn rectè ſentire quoſdam, qui mundum veluti ſeneſcentem virili vigore deficientem maioribus æquandos gignere negant eruditos, declarauit ſuprà æquales alios Virginius Cæſarinus Romanorũ procerum eruditiſſimus. Hic gentilitiæ amplitudinis ornamenta infra ſe poſita deſpiciens, genus, Purpura, dominatu, ac titulis clariſſimum iubare auguſtiori ornaturus ad ſupremum literariæ gloriæ faſtigium expeditis itineribus contẽdit. Adoleſcens igneo vigore cæleſtis ingenij abreptus omnigenæ Philoſophiæ iuga ſuperauit peramœna illa quidem rerum varietate, ſed incertæ aliquando ſemitæ difficultate ardua. Syluas legum ſacro quodam horrore verendas, & ſenticetis aſperas, & inſtar labirinthi pedes, oculoſque ambage viarũ fallentis inextricabiles penetrauit, frondes è ramis denſiſſimis excerpens docti præmia verticis, quibus adoleſcentiam coronauit.



Digitized by Google

Neq; verò cõtentus Philoſophia, quę vno rerum ſpeculatu definitur, chimicæ artis ſtillationibus incubuit, vt admirabiles omnibus, incredibiles multis metamorphoſes ſimplicium, & imperfectorum corporum oculatus teſtis ſpectaret ipſe virtutem effectricem ſubiectis ritè diſpoſitis ſolertèr applicans. Longè precioſiſſima inſtructus eruditionis ſupellectile carmina excellentia concinnauit, itaut àb egregio ſcriptore MIRAculum Italiæ compelletur. Sed omnis inſtar Elogij ſit præclara de Virginio vox Cardinalis Bellarmini, teſtis, non tàm Purpura, quàm doctrina, & ſanctitate venerabilis, qui Virginium Pico Mirandulano literatorum Phœnici omninò parem eſſe pronunciauit.

Bellarmini hortamento de animi rationalis immortalitate opus Chriſt. Reipublicę beneficio aggreſſus eſt, argumenta, & rationes è Theologia, Philoſophia, Hiſtoria, tanquam è præcipuis fontibus deriuare doctus. Siquidem ſcientiam (vt Chriſtianum Philoſophum decet) ad Religionem dirigebat humanæ arbitram, & moderatricem ſapiétię. Hinc varijs virtutibus inclaruit liberalitate erga literatos, morum innocentia, vitæ integritate, nobiliq; tolerantia morbi lethalis, quo non paucos annos in mortis limine conſtitutus laborauit. Illum conceperat laboribus, ac vigilijs literarijs, quæ corporis delicatioris (hæc ſedes eſt plerumque nobilioris

inge-

ingenij) temperamentum debilitauerat, fato nimis properanti obnoxium. Virginius quippè ſextum luſtrum vix excedens deceſſit, ac triſte ſui deſideriũ relinquens meruit luculentiſſima Gottifredi, & Maſcardi Oratorum præconia, & Academiæ celeberrimę Humoriſtarum, quam Princeps illuſtrauerat, & S. P. Q R. in Capitolio triumphis Imperatorum deuoto iuſta, èxpetendum ſanè Regibus honorem. Meruit & lacrymas ſummorum capitum ideò non lacrymabilis, quòd lacrymabilis.

*Gherardi Saraceni Equitis, & Abbatis.*

PArrhaſij tabulæ, ſpirantiaq; æra Myronis,
Saxaq; Praxitelis parcam habuere ſuam.
At, quæ Virginij depingit pagina mores,
Oraque, Perſephones negligit vſq; minas;
Scilicèt hæc ſemper manſurum Hyperiona cernet,
Grande & innocciduæ lampadis inſtar erit,
Namq; magis rutilat, quod gignit mens tua, Gaddi,
Quam, vel Dędalei doctum opus artificis.
Ergo Virginij tumulus, quem laudibus ornas,
Fulgere quî poterit nobiliore face?

Ange-

## *Angeli Grilli.*

LIguriæ princeps Ianua deuictis Regibus, diffuſo per orbem dominatu, nauali gloria olìm inſignis; nunc ædium magnificentia, & familiarum titulis, opibuſq; clara nobilium Scriptorum decus minimè deſiderat. Horum maximè celebris Abbas Angelus Grillus Pauli Ciuitatis Seuerianæ (huic Montis ſcaglioſi nomen vulgarè) Dynaſtæ frater, tertium generalis Præſidens Congregationis Caſſinenſis, multiplicis eruditionis opibus florens multiplicia carmina lucubrauit, quorũ volumen tripartitum Bergomi an. 1589. lucẽ hauſit eruditorum comendatione digniſſimum. Huic elocutio perſpicua, & ſplendida varijs cùm verborum, tùm ſententiarum luminibus, adeſt præcipua Poëſeos pars Inuentio, præſertìm Rhytmis Moralibus, quibus appoſuit argumenta Iulius Guaſtauinus.

Synceri verò cordis candor, ac pietas Angelo digna in ſacris verſibus, & in lacrymis Pœnitentis cõſpicitur. In hoc opere nonnullos Regij Vatis Pſalmos luculenta Paraphraſi amplificans Etruſcis verſibus expreſſit, optimo ſanè conſilio, quid enim ſunt Pſalmi, niſi Hebreæ cantiones Pindaricis, & Horatianis Odis longè nobiliores, in quibus eloquij verè

Poë-

Poëtici maieſtas, incomparabilis vis ætherei ſpiritus, ac ſententiarum diuinitas præfulget? edidit verſuum volumen, Pios Affectus inſcriptum, quod auctum, ornatumque nuper Vrbano VIII. Religionis, ac Poëſeos Dictatori cōſecrauit. Epiſtolas verò exarauit elegantes, eruditas, acuminibus ſententiarū nobiles, quarū tria volumina typis impreſſa extant.

Sacra Grilli carmina Claudius Monſuiridis Muſices antiſtes Venetijs clariſſimus harmonicis numeris deuinxit, ſcilicèt, vt auguſta Poëſis Muſica ſorore plaudente in Monte viridi, velut Parnaſo excelleret, obliuionis triumphatrix. Solidiorem verò gloriam magnus Taſſus, omneſq; ferè huius æui Olores, atque Syrenes fauſtè canentes canoro Grillo peperere.

### *Antonij Quarenghi.*

ANtonius Quærengus Præſul Poëta inſignis ornat hoc ſeculo vetuſtiſſimam Patauij Ciuitatē Gymnaſio Italiæ clariſſimo, magniſq; Scriptoribus æquè, ac vbertate agri, & amplitudine ædificiorum illuſtrem. Veterum optimorum imitator magna fælicitate, vel ſenex elaborat Exametros, Elegos, Epigrammata, Odas. Inter has ea cuius initium, Iam victor ortus; inter Epigrammata, Mendacis; inter Exametros (vt mihi videtur)

tur) excellunt his titulis inſcripti, Cenethliacus de diuinatione ex aſtris; Gregorianum in Vrbe Roma Collegium, in quibus nobilioris doctrinæ maſculus ornatus; numeroſa maieſtas lepore temperata; Romanæ linguæ candor, ac perſpicuitas, quæ virtus elocutionis eſt. In Etruſcæ verò Poëſis theatro augusta Petrarcæ, & Caſæ veſtigia ad nominis æternitatem impreſſa ſectatus adhibet ſtylum ornatum quidem, at moderatè, ac verecundis tranſlatis doctus à Principe Peripateticorum, & à Romano Demoſthene, verecundam eſſe debere tranſlationem, vt deducta eſſe, non irruiſſe videatur. Huius primũ vitium, in quod non pauci recentiores petulante ingenio delabuntur; ſcilicèt diſſimilitudinem euitat Quærengus eruditionis iuxtà, ac ætatis maximè prærogatiua ſpectabilis, itaut non falsò à præcipuis huius æui Scriptoribus celebretur, Apotheoſim, vel incola terrarum prælibans. Vtinam literariæ Reip. beneficio ederentur varia, & penè innumera monumenta, quæ tantus Vir Etruſco, Latinoque ſtylo elaborauit. Haberent profectò humanioris literaturæ cultores aurea præcepta, quibus eloquentiã triplicem expolirent, atque perficerent. Haberent regnorum, rerumque publicarum moderatores firmiſſimum præſidium, ſcilicèt abſolutam veræ politices cognitionem. Contemplaretur eruditorum latina cohors Magni Liuij imaginem rediuiuam in

An-

Antonio Quarengo hiſtoricè referente inclyta Magni Alexandri Farneſij facinora, quæ vnicum orbis fatum opprimet, iiſdem, quibus vniuerſa terrarum moles ignibus abſumenda.

*Ioannis Rhodij.*

SPirat in hoc diui maieſtas alta libello
Virgilij, turgent Bilbilidiſq; ſales.
Vni larga dedit, quod vix Natura duobus.
Muſis priſca redit, Romule, fama tuis.

*Di Giouanbatiſta Strozzi.*

PReparati, ò penna per celebrare Giouanbatiſta Strozzi il Cieco, nuouo ornamento della Famiglia, colonna dell'Accademia delli Alteraci, e ſtella del paterno Cielo, laquale benignamente influiſce doni d'erudizione alla Nobiltà Fiorentina. Queſta lo Strozzi liberal diſpenſatore del proprio ſapere, hà per lungo tempo ammaeſtrata leggendo l'Etica, la Rettorica, e la Poetica del Gran Demone litterario priuatamente in Caſa, Albergo delle Muſe, dell'humanità, e de più ſegnalati Scrittori, e Letterati d'Italia. Laſcierò l'aſſiſtenza fatta allo ſtudiare del G.D. Ferdinando II. e de' Principi ſuoi fratelli, e del G.D. Coſimo, al quale fù cariſſi-

mo, ſi come a Ferdinando I. & à Franceſco. Da queſto, inuitato con honorate condizioni fù diſſuaſo d'andare per compagno di ſtudio, e con molta autorità appreſſo il Principe Andrea di Stefano Battore Rè di Pollonia nipote, che andaua à Roma chiamato al Cardinalato. Trapaſſerò con ſilenzio le molte lezzioni recitate nell'Accademia delli Alterati, e nell'Accademia Fiorentina. Ne ſtette l'eloquēza dello Strozzi dentro la Patria racchiuſa, ma in Roma quaſi teatro più ampio fece di sè moſtra nobiliſſima, hauendo quello con ſomma lode l'Anno 1594. prouato, che al Tragico Poema l'Eroico debba eſſere antepoſto nell'Accademia del Cardinale S. Giorgio, & in quella del Cardinale Deti nel 1611 diſcorſo della Superbia in modo da non eſſer diſprezzato dalla Superbia ſteſſa.

Hà poi meritato il titolo d'Oratore graue per le molte orazioni ſopra diuerſi ſuggetti compoſte, trà le quali quella in lode della Gran Ducheſſa di Toſcana Giouanna d'Auſtria è ſommamente celebrata dall'eloquente Veſcouo Panicarola. Merita lode d'eloquenza nella deſcrizione dell'eſſequie del G. D. Franceſco data in luce, ſi come vn riſtretto della Famiglia de Medici vulgare, e latinamente ſcritto per ordine di Ferdinando I. Chiamano ormai la penna le Poeſie con gran felicità dallo Strozzi teſſute. Queſto quaſi figlio d'Apollo, e allieuo delle Muſe,

e del-

e delle Grazie fanciullo ancora con maturo giudizio abbracciando la Poeſia cominciò, forſe emulando l'altro Giouanbatiſta ſuo conſanguineo, e Poeta nobile, a comporre Madrigali, de'quali ne hà intorno a mille in vn volume. Alcuni molto ſpiritoſi, e gentili di ſtate fatti leggere al Sauoneſe Pindaro, e a me addolcirono la moleſtia da cocenti raggi del Sole cagionata, ſiche l'ingegnoſo ardor di Febo temprò l'odioſo ardor di Febo.

Nè meritano d'eſſer rinuolti nelle tenebre della dimenticanza i ſonetti, le canzoni, e le ottaue compoſte. Non contento Giouanbatiſta di maneggiar nobilmente la lira preſe la tromba per immortalar il glorioſo Amerigo Veſpucci, il Nettunno Fiorentino, il Denominator del ritrouato Mondo. Ma la fortuna inuidioſa della gloria di tanto Eroe fece perder i preparamẽti notati in vn libro deſtinato a finir l'America Eroico Poema, del quale il primo Canto di cento ſtanze era teſſuto. Tal perdita certo degna delle lagrime de Litterati, e delle Muſe hà cercato lo Strozzi di riſtorare con 70. Epiſtole in verſi ſciolti, indiritte a Perſonaggi grandi. Sono quaſi tutte Morali, e tre in lode di tre glorioſi Fondatori di Religioni S. Ignazio, S. Filippo Neri, e del B Filippo Benizzi. Ne ceſſa d'eſercitar l'ingegno ancor vigoroſo in età decrepita, ma ſimile a Platone varcato il numero di 80. anni a po



Digitized by Google

chiſſimi conceſſo cerca d'arricchir ſe medeſimo,& altri con degniſſime compoſizioni. Non douiamo adunque prender ammirazione,ſe vediamo vn tal virtuoſo eſſere grandemente celebrato da più celebri Scrittori del Secolo,molti de quali, ò li dedicaron Opere diuerſe, ò l' hanno, benche giouane, trà gli huomini illuſtri annouerato, ò eletto giudice, e correttore de Volumi, che publicar diſegnauano. Al comune giudizio de Litterati d'Italia s'aggiugne la ſtima fatta dello Strozzi da Cardinali, da Principi, da Pontefici, che l'hanno con varie dimoſtrazioni honorato. Trà queſti Gregorio XIV. lo voleua crear Veſcouo di Piſtoia, ma rifiutò Giouanbatiſta tal dignità, che da molti perſonaggi ſuol eſſer ambita.

Innocenzio IX. l'eleſſe à ſeriuer contro grandi Scrittori in difeſa della Religion Criſtiana.

Vrbano VIII. ſapendo beniſſimo, che li Poeti, e altri Scrittori eccellenti ſono meritamente ſtati da' più ſaggi Regi, ed Imperadori con ſopremo honore illuſtrati, alloggiò, e ſpesò nel Palazzo Pontifical e Giouanbatiſta, ilche prima non era ſolito concederſi,ſe non a Principi, e perſonaggi eminenti: Pregato per lettera da queſto religioſiſſimo Gentilhuomo hà permutato in Firenze (per ouuiare all'inoſſeruanza cagionata dalla ſolenne Feſta, ed allegrezza) il digiuno della Vigilia nell'antiuigilia

del

del Gran Protettor Giouanbatiſta: e prima ſcritto hauea al G. Duca Ferdinando II. il Breue quì copiato, per eſſer Encomio ampliſſimo di cotãto Scrittor, e fautor delle più nobili diſcipline, ilqual è paſſato (come piamente ſi deue credere) a miglior vita innanzi che queſt'Elogio fuſſe fornito.

# VRBANVS PP. VIII.

*Dilecte fili nobilis vir ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Florere dicitur beneuolentia nobilitatis tuæ dilectus filius Jo. Baptiſta Strozza, vir fama notus, Nobiſq; gratiſſimus. Laudatur ob id iudicium tanti Principis, qui cum Regias Parentis, acq; Aui virtutes imiteris, ijs etiam te conſimilem probas patrocinio literarũ. Earũ ſtudijs non modo propriũ animum feliciter excoluit, ſed etiam florentinam Nobilitatem inſtruit. Jo. Baptiſta exiſtimans virtutis theſauros adeò eſſe generi humano ſalutares, vt dignus publico odio ſit, qui eos, quamuis diuturnis laboribus, & lucubrationibus partos, vltrò, & liberaliter non largiatur. Quare eius ædes in Florentia patria eſſe dicuntur Officina ſapientiæ, & domicilium humanitatis. Qui verò iſtac iter agunt viri ſapientia præſtantes Io. Baptiſtæ Strozzæ hoſpitalitatem regalibus diuitijs dignam in ſuis quiſq; patrijs extollunt. Cuius meritorum magnitudo exterorum beneuolentiam parat; non eſt certè*

*quod*

*quod ei patrocinium conciliare conemur nobilitatis tuæ, quo ille ſe fæliciter perfrui gloriatur; At enim vt illuſtre hoc extet in eum Pontificij amoris documentum, teſtamur charitatis noſtræ ſolatia fore beneficia omnia, quibus hominem hunc exornabis, Natum gloriæ quærendæ, & Ciuibus ſuis iuuandis. Certè ſi plures huic conſimiles viros vnaquæq; Italiæ Vrbs ferret, haberet iuuentus, de quo diſcere poſſet præcepta humanæ ſapientiæ, & capere exempla Chriſtianæ pietatis. Hanc enim ſenectuti ſuæ coronam è Cælo Vir Religioſiſſimus petit, cuius ætatem haberi par eſt, non minùs virtutum magnitudine, quàm annorum numero venerabilem. Eum in Pontificijs ædibus commorantem perhumanitèr complexi ſumus veteri Nobis familiaritate iunctum, & libentiſſimè audiuimus eas laudes commemorantem, quibus Nobilitas tua Medicei Nominis gloriam, & Hetruriæ fælicitatem dicitur augere. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die ſexta Maij, M. DC. XXIIII. Pontific. Noſtri Anno Primo.*

Io. Ciampolus.

Del

*Del Sig. Franceſco Rauai.*

LAmpeggi oſtro pomposo
Soura il manto de' Regi
Dell'oro luminoſo
Fronte nata à gli Scettri il crin ſi fregi.
Per lei fragranza de gli odori Aſſiri
Da ſcorze lacrimati
Arda in fumi odorati:
D'Auorio il tetto ſuo ricco s'ammiri,
Calchi il diaſpro, e i Tarſici Scultori
Stanchino il ferro à trasformarlo in fiori.
Dal Sol di ſua ricchezza
Creſo s'abbagli, e Mida,
Virile alta bellezza.
Nel ſembiante real fiammeggi, e rida.
Temalo il Mare, inconſolabil tremi
Se ſpada impugna, ed aſta
Terra del Mar più vaſta
Pene comparta in giuſta lance, e premi,
E del Tempio di Gloria entro le porte
La rota inchiodi alla volubil Sorte.
Che fia? pregi cotanti
Mio ſguardo attrar non ponno,
Col volgo i Regij vanti
Pareggia nel ſepolcro vn ferreo ſonno.

Sen-

Sento d'Achille alla famoſa tomba
Di Pella il Rege altero,
Ch'inuidia al gran Guerriero
L'vnico ſuon della meonia tromba,
Ne ſenza lei per la terrena mole
Và lieto i Regni a miſurar col Sole,
Principi io non indarno
Miei detti all'aure ſcioglio:
Senti, o ſtella dell'Arno
Mattia, terror dello Suezzeſe orgoglio:
Benche d' elmo lucente il crine aggraui,
Soffra ſublimi affanni,
Opprima empi Tiranni,
Calchi fanciullo il bel ſentier degli Aui,
Fiero in campo è l'oblio, s'alto, e canoro
Cigno non ſorge infrà il guerriero Alloro.
Laſſo, e più lunge al canto
Con lente corde, e ſciolte
Chiuſe in oſcuro ammanto
Pendon le cetre di ſquallore inuolte.
Le deſtre, che d'accenti almi, e diuini
Ferian l'aure gioioſe,
Impieganſi doglioſe
A batter palma a palma, e ſuegliar crini:
Squarcian le ſtrida del Silenzio il velo,
Suon di meſti vlulati aſſorda il Cielo.
Strozzi rimbomba intorno

Mer-

Meſta la piaggia, ò come
Cadi al cader d'vn giorno
Ne di te più quì reſta altro che il nome.
Tù nel fulgor de gl'innocenti carmi
Sembraui Angel celeſte,
Chiuſe in verginea veſte
Dettar le Grazie à te gli amori, e l'armi.
Limpido allor trà le laſciue arene
Emulator d'Alfeo corſe Ippocrene.
Alle tre Lune ardenti
Febo inchinarſi io vidi,
Vidi a' ſoaui accenti
Brillar di gioia i ſempiterni lidi:
Corſero ſparſi di nettareo nembo
Ampi torrenti, e fiumi,
I più maligni lumi
Fortunati gl'influſſi aprir dal grembo,
E la lira ſtellante al Ciel ſereno
Toltaſi, ſceſe à riſonarti in ſeno.
Madre d'Eroi feconda
Etruſca inclita Riua,
All'armonia gioconda
D'Elicona ogni Prato in te fioriua,
Fe pullular ne tuoi famoſi Monti
Quel Cigno altero, e grande
D'Allor ſolte ghirlande
Teſori eterni à glorioſe fronti.



Digitized by Google

Coglile, ò Gaddi, e con deuota mano
Trofeo n'ereggi al Semideo Toſcano.
Tù chiari al Mondo noſtro
Suoi veri pregi accenna,
Che nel lodato inchioſtro
Spargi candor di veritiera penna:
Porpora, che del volgo i lumi alletta,
Non ti affaſcina il guardo;
Se moſtro empio, e bugiardo
Di toſcho luſinghier le lingue infetta,
Se ſorgon l'Idre adulatrici infide
Sembri Apollo à Ceſiſo, in Lerna Alcide.
Quinci à i canori Ingegni
Le prime palme inuoli,
Oltre i preſcritti ſegni
Del letterato mar varchi, e traſuoli;
Io taciturno in tenebre ſepolto
Quel grand'Eroe ſoſpiro
Sconſolato, e m'aggiro
Doue l'orme non ſegna il popol folto.
Bacio quell'Vrna, e diffondendo vn riuo
Di pianto, il marmo in queſte note io ſcriuo.
Queſti col merto il ſuono
Stancò di fama eterna,
Fe porre in abbandono
L'Inuidia ſol con l'Innocenza interna.
Alla Virtù mendica intorno auuolſe

Splen-

Digitized by Google

Splendidi manti eletti,
Sotto gli auguſti tetti
Palla oltraggiata, e pellegrin' accolſe.
Fù dell'Aonio Ciel forte, e vegliante
Nume, e ſoſtenitor, Febo, ed Atlante.

*Franciſci Bracciolini.*

NON eſt, cur prætercam Franciſcum Bracciolinum Piſtorienſis Vrbis egregijs viris, & factionibus nobilitatę ornamentum. Hic multitudine, ac varietate nobilium operum ingenij Phæbo ſacri inter vetuſtatis Poëtas (abſit inuidia viuentium hoſtis implacabilis) non temerè videtur mihi referendus. Siquidem Crucis recuperatę pium Poëma in primis Hetruſcæ linguæ heroicis habetur; Iocoſum verò, quo ridicula lacrymabilis antiquitatis numina deridet, vbi præcipuas Poëtæ partes acutus rerum æſtimator agnoſcet; docta ſenſa ludicris figmentis velata ſolertèr aperiens, quod legentem (qui finis Poëſeos eſt minimè contemnendus) ſine ſatietate delectat, nonnulla recentiorum grauia Poëmata cùm gratia, tùm diuturnitate vitæ prorsùs antecedet. Omitto ingens illud opus, quo tantæ moli par ſupremum Chriſtianæ Reipublicæ Moderatorem Vrbanum VIII. Muſarum Pręſidem, ac ſacrorum inexhauſto eloquentię

flumine poſteritati commendat. Omitto alia Poë-mata, epica, iocoſa, lyrica, nobileſq; Tragœdias, quæ ab eruditiſſimo, diſertiſſimoque Leone Allatio in Apibus Vrbanis enumerantur. Celebrent alij Paſtoralem Fabulam Amatoriæ Indignationis, quā iuuenis perſcripſit Eloquij candore, collationum decore, ac præcipua Fabulę parte Peripetia pulcherrima ſpectabilem, itaut non immeritò diuerſis verſionibus in Gallicam linguam transmigrarit. Hęc & alia Bracciolinus, Ouidius Etruſcus, & Caſtalius Proteus in omnes poëſis formas pronus diuite vena effudit, qui noua præconio digna meditatur.

*Danielis Heinsij.*

BElgium ferax Vrbium amplitudine, opulētia, elegantia inſignium floret nō mercatura tantùm, & nauali gloria, quibus nunc præpotens quamlibet orbis regionem adæquat; ſed etiam politiorum ornamento literarum. Siquidem complures edidit eruditos viros ingenij monumentis poſteritati commendatis claros, quorum facilè princeps hac ætate Daniel Heinſius. Hic in ampliſſima Gandaui Vrbe natus anno 1581. à teneris vnguiculis Muſas obſtetrices, & nutriculas lepidiſſimas complexus vitalibus Hippocrenes aquis os cu-

pi-

pidè immerſit. Hinc hauſta Poëſis vena inexhauſta Elegias, & alia carmina effudit, quæ plauſu excepta non vulgari quarta iam editione locupletata prodierunt. Extant etiam orationes, libri quatuor de mortis contemptu, aliaq; opuſcula in lucis auras fœlicitèr edita, de quibus minimè à me lectis iudicium non feram.

Nolui tamen Danielem illaudatum in hac virorum illuſtrium corona præterire, quem fama remotioris orbis miratrix attollit.

*Vladislai Regis Poloniæ, Sueciæ, &c. Magni Ducis Moſcouiæ.*

MIlitaris virtus abſolutæ diſciplinæ præſidio roborata vnicum eſt inſtrumentum amplitudinis, atque diuturnitatis imperantium. Teſtis Gallorum, Germanorum, Turcarum, aliorumque potentia deuictis bello gentibus comparata; ſed nullum exemplum luculentius, quàm imperatoriæ Romanorum, & regalis Polonorum Reipublicæ in medium proferemus. Hanc profectò Chriſtianæ Religionis propugnaculum incolunt libertas, & fortitudo, dum Bellonæ Mars coniunctus ſub Cæli frigidiſſimi gelu ardentes nobilium Polonorum animos àd bellum, àd victorias excitat.

Sarmatica nobilitas, cuius Senatus, Regum Senatus eſt, cuius Rex Ciuem, patremque gerit, Roma-

Dimoſtrerò cõ qual domeſtichezza, & honoreuolezza trattauano Franc. in diuerſe lettere l'Infante Don Federigo d'Aragona, che fù di poi alla corona Reale ſubblimato; Il famoſiſſimo Lodouico il Moro Duca di Bari, e Luogotenente Generale nell'ampliſſimo ducato Milaneſe, del quale ottenne l'inſegne, ſi come ne haueua l'aſſoluto gouerno, il prudentiſſimo Rè Ferdinando, che daua, ſi come il

Figlio

Digitized by Google

figlio ſopradetto, e altri Principi à Franceſco il titolo di Magnifico, titolo in quel tempo a gran Signori, & a perſonaggi pubblici darſi conſueto, ſi come raro era l'epiteto di Nobiliſſimo, del quale in diuerſe lettere credenziali l'honorò la Repubblica, e di Iur. Conſulto Clariſſimo nelle ſopraſcritte all'iſteſſo, il quale fù chiamato Patrizio Fiorentino dal Duca di Milano.

Trapaſſerò con ſilenzio, che l'anno 1486. eletto fuſſe Franceſco in compagnia del valoroſo, e famoſo Piero Capponi Commeſſario Generale della Repubblica nel campo della Lega; che prima era ſtato Conte Palatino con diuerſi priuilegi, e preminenze notabili creato, che dal ſaggio, e gran Lodouico XI. di Francia Conſigliero, e Maſtro delle Richieſte, fu nella patente grandemente celebrato.

Ma troppo ſi diffonderebbe queſto Elogio, ſe io voleſſi ſpiegare li Elogi honoratiſſimi, che nelle ſcritture, e lettere fecero di Franceſco li nominati Regi, Siſtò IV. ſommo Pontefice, il Cardinale di S. Piero in Vincola, che di poi ſotto nome di Giulio II. per triplicato Diadema, e per ſingolar valore venerando reſſe l'Eccleſiaſtica Monarchia: li Duchi di Milano, e altri Principi, e Scrittori famoſi; laonde chi haurà letti, e conſiderati quelli mi giudicherà troppo ſeuero, e rigoroſo nell'Iſtorico Elogio, e Note, che già compoſi, e ſtampai con ſeuerità da altri

altri non vſata, poiche non accreſco, come fariano molti, ma diminuiſco le lodi al Gaddi attribuite, e con bilancia di orefice il tutto rigoroſamente eſamino. E acciòche più chiaramente tal verità ſi dimoſtri ad ogni ſano intelletto, leggaſi l'Elogio di Franceſco dal Pona Veroneſe, Accademico, e Scrittor famoſo eloquentemente ſcritto, e pubblicato.

*Del Sig. Cau. Franceſco Vinta Priore di Modena, Reggio, &c.*

IAcopo tù, che ſoura i Gioghi alteri,
Oue nutre à Virtù Febo i teſori;
Ricchi ingemmi d'honor fregi, e ſplendori
A i più ſaggi d'Europa, & à i Guerreri.
Nemici à gli altrui Nomi inuidi, e feri,
Di tue corone al fiammeggiar degli ori
Fuggon Morte, & Oblìo ne' ciechi orrori,
Onde ſon gli human Faſti oſcuri, e neri;
Quali or trà raggi, che di Gloria ſpande,
Al Gaddi tuo, d'auree Virtù fecondo,
D'alta Modeſtia, vmil teſſi Ghirlande?
S'ei de Regni co' Rè ſofferto il pondo,
Fù ſoſtegno all'Italia inuitto, e grande;
Fia sù l'alma tua Lira eſempio al Mondo.

Digitized by Google

NIcolaus Gaddius S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Firmanus, Archiepiſcopatum Corſentinum Thadeo ex fratre nepoti reſignauit; Clericus cubiculi Apoſt. item Apoſtolic. Abbreuiator: Dominus Colliſcipuli, & aliorum oppidorum, Abbas S. Leonardi in Apulia, & alijs Abbatijs in Italia, & in Gallia Tranſalpina præfectus inclaruit triſtibus magis, quàm lætus. Vix purpureo iubare illuſtratus, Clementis VII. obſes Cæſarianis datus, Neapoli in arce noua, velut in carcere ſordidatus diù latuit: nimirum Clemente auſpice, vt àb hoc Cardinalem creatum facilè dignoſceres.

A Cæſo Alexandro Mediceo Reipublicæ Florentinæ patrocinij irrito, & alieno conſilio ſuſcipiendi, conductis copijs vnacum Saluiato, & Rodulphio Cardinalibus, re infecta, exiſtimationem imminuiſſe viſus eſt, * illam tamen probitate perhumani ingenij, doctrina multiplici, ac ſplendida liberalitate reparauit, non vna virtute, meritiſq; in Chriſtianam Rempublicam nobilis. Teſtes publicæ tabulæ ſummorum Pontificum, & monumenta Scriptorũ. Ex humanis fatali neceſſitate abreptus eſt Nicolaus An. D. 1552. cum purpuram geſtaſſet annos circiter viginti ſex. Demortui nomen Elegia, ac Epigram-

grammate honorifico decorauit Pauonius.

Nicolaus verò Eques nobili ſepulcro, vt cernere eſt in Sacello Gaddio S. Mariæ Nouellæ.

Epitaphium Nicolai legitur in edito libro Epitaphiorum.

*Legendi Roſcus lib. 2. comp. Franc. Guicc. lib. 18. Marſilius, Iouius, Bartholom. Dionyſius lib. 3 p. 5. Hiſt. Orbis. Varchius. Adrianus Lindon. Guicciardinus in Comm. Mannius, & Cinus in vita Coſmi M. D. Laurent. Strozza in vita Filippi Stroz. Epiſt. Principum Tom. 3 Venet. edit. Nicolaus Orlandin. lib. 3. Hiſt. Soc. Ieſu, Petrus Ribadenera in Vita S. Ignatij Loyolæ lib. 3. cap. 4. March. in Vita Alex. Capocbi, alijq; Scriptores.*

### *Elogio Poetico-Storico di Luigi Gonzaga detto il Rodomonte.*

TEmerei d'incorrer meritamente nell'ira d'Apollo, e di Pallade, ſe in queſto Teatro alla Virtù, ed alla Gloria da me conſacrato io tralaſciaſſi di collocare la Statua loquace di Luigi Gonzaga, cognominato Rodomonte. Imperciochè queſto nobiliſſimo rampollo della Stirpe Gonzaga non ſolo Ducale, ma trionfale per le ſegnalate Vittorie glorioſamente riportate da tanti ſuoi Generali di eſerciti delle prime Repubbliche, e Principi della Criſtianità, fù glorioſo allieuo d'Apolline, e di Pallade, hauendo eſercitato con egual fame, la Penna, e l'Aſta, e l'Arco, ed il Plettro maneggian-

grando con l'eſſempio, che ſi conuengono alli più eminenti Caualieri queſte profeſſioni veramente Cauallereſche eſercitate, e ſtimate ſommamente da più ſaggi Eroi della venerabil antichità. A queſti non fù inferiore il Gonzaga per l'incredibil fortezza del corpo, e dell'animo, della quale laſciando alla poſterità memorabili ſegni s'acquiſtò à ragione il grande, e tremendo cognome di Rodomonte.

Onde ſi racconta, che in preſenza dell'inuittiſſimo Carlo V. Imperadore il Gonzaga lottando con vn Gigante, quaſi nouello Ercole, ſtrinſe di maniera quell'Anteo in aria ſolleuatolo, acciò non ripreudeſſe forza dalla terra, che pallido, e moribondo ſe lo gettò à piedi, con fiero, ma belliſſimo ſpettacolo. A queſto ſmiſurato valore maritò vna pietà ſingolare, hauendo di queſta dato indizi chiariſſimi, e particolarmente quando eſſendo ſtato per l'empio, e lagrimeuol ſacco, e deſolazione della Signora delle genti, fatto prigione l'infelice Dittator della Chriſtiana Repubblica, e rimaſto ludibrio dell'inſolentiſſima crudeltà, ed auarizia de Barbari ſoldati, il pio Rodomonte adorando, e proteggendo la vilipeſa Maeſtà Pontificia, conduſſe il Vicario di Chriſto ſcappato naſcoſamente ſotto habito di Mercante di Caſtel S. Angelo à Montefaſconi con gran compagnia di Archibuſieri, e di poi ad Oruieto, do-

[illegible] breue tempo questi ricuperò e [illegible] l'Im-
perio [illegible] vſurpato. Laonde nell'vnica ſede, [illegible]
virtù del Gonzaga totalmente rimettendoſi, e per
ricompenſar vn ſingolar benefizio con ſingolar honó-
re, lo fece Capitano Generale. Ma vicino à Vicol-
uaro, mentre ſtracco dal combatter il Gonzaga in
vn conuento di Religioſi ſiede alla menſa, li [illegible]
perche alla Menſa beatiſſima dell'eterno Conuit-
to de' celeſti volaſſe nell'età del noſtrò Liberatore
da vn colpo d'Artiglieria percoſſo ſpirò l'Anima
glorioſa.

[illegible] à chi auanzaua gli huomini ordinarij di
forza, e di valore, non conueniua ſe non vna mor-
te non ordinaria, laquale ardire non harebbe d'ac-
coſtarſi vn Rodomonte, ſe non foſſe armata del ful-
mine terreno ò infernale.

Squarciò ella il velo fragil à guiſa d'vn vetro, ma
non potè, e non potrà mai eſtinguere le due parti im-
mortali di così eccelſo, & illuſtre Eroe, ilquale con
gli auguſti di nome, e di valore inſuperabile ab-
bagliò la viſta dell'Inuidia, benche di natura Lincea.

A queſto difenſor della Giuſtizia, e della Verità,
e della Modeſtia honeſtiſſimo amatore, à queſto ri-
parator della Maeſtà Pontificia, terror de' Capitani,
ſplendor de' Litterati conuiene l'eſſere [illegible]
[illegible] di Virtù, di Merito, e di [illegible]

Di queſto [illegible] la Fama [illegible]

[illegible] nella patria [illegible] com[illegible] [illegible] anche, il nobil Poema da eſſo [illegible] intitolato il Fido Amante, e [illegible] compagno del Principe di Ferrara, e Gouernator di Modana, Poeta per li molti verſi compoſti, e ſtimati, fù grandemente dal Giraldi nel Dialogo de Poeti del ſuo tempo, trà quali annouera alcuni gran Principi, celebrato. Laonde per queſti multiplicati eſempi chiaramente ſi dimoſtra, che la Poeſia è ornamento, non impedimento del valor militare, e della prudenza politica.

# ELOGIA

## vel

# EPIGRAMMATA

## SEPVLCRALIA.

I.

HAc in vrna conditur vas corruptibile Diui Antonini, ex ampliſs. D. Dominici familia, Hiſtorici integerrimi, Archiepiſc. Florentini, Theologi [illegible], & Sanctitate illuſtris, qui minimè contentus Diuinam ſapientiam in riuulis delibaſſe, fontem viuum, & inexhauſtum petens in montes æternitatis aſcendit Anno reparatæ Salutis 1459. Menſe Maij.

II.

*TILLIO.*

CÆS. Maieſt. Reparatori, labantis Imperij columnæ, R. Religionis vindici, Rebellium Dynaſtarum domitori, numero, amplitudine victoriarum; pietate, innocentia morum admirando, qui ſemper militauit Deo; hinc Duces tot, Principeſq;

Digitized by Google

cipesq; victi, exercitus fusi, Vrbes, Prouinciæ captæ recuperatæ, Victus demùm ampliori potitus eſt præmio, Cœlo, qui crudelitatem, ambitionem, rapacitatem vitia plerumque victorum victricia vicerat.

III.

Marino Temperano Ioannis Anni 1415 Vexilliferi filio, quintùm Vexillifero, Equiti excellentis prudentiæ, ac virtutis opinione conſpecto, pacis, & patriæ amatori, cuius nomen non ità clarum eſt, vt egregia merita. Si quidem illi plerumque Senatores, qui ambitione duce magnam ſibi potentiã publico detrimento parant, magnam famam obtinent, modeſtiores modicam: ſi habuiſſet Reſp. multos Marinos, lentius àd terminum occurriſſet.

IV.

HOSPES.

Elogium Calamo Famæ laboratum lege.

Hoc marmor illuſtrat extinctus Ricardus
Comes S. Bonifacius, Veronæ Dynaſta
potentia, &
Exiſtimatione florens, Pontificij nominis tutator
Duci Veneto, alijsq; Principibus fœderatus
Ferrariam comparauit,
Actiolinum formidabile monſtrum,
haud timuit,
Qui cum pace compoſita permultis millibus
vtrinq; conſentientibus

Ri-

Riccardi ope defenſa Parma, pulſiſque ab Vrbe [illegible] Victoria Cæſaris [illegible]

Quid plura? à Cæſarem viciſſe victoria [illegible]

[illegible]

VI.

[illegible] Filioli viuaci, ac [illegible] fato [illegible] abrepti [illegible] ſpem [illegible] lacrymis [illegible] parens [illegible] collocauit [illegible] paternis doloris [illegible] ſtabile [illegible] monimentum [illegible]

[illegible] marmore effigies [illegible] tis inde [illegible] diſciplina [illegible] fert Petrum Soderinum verè perpetuum Iuſtitiæ Vexilliferum, integritatis, ac moderationis exemplar.

VIII.

[illegible]

Vranius verò in patriam remeauit, poſtquam Romanis Pontificibus, & Reipublicæ [illegible] Itali [illegible] Imperatori, S.P.Q.R. [illegible] Præfectus Æmiliæ, [illegible] in Apulia Sapientis Regis, Regem [illegible] glorioſè diuturnè rexit auitum principatum. Septuagenarius paruit [illegible] is capita, neq; [illegible], neq; linguam, dex-

dexteramue fulminantem formidat.

VIII.

Antonio N. Senatori prudentia, pietate, moribus emodulatiſſimis inclyto, coniugi dulciſſimo Lucia tenebris doloris, ac mæſtitiæ inuoluta, tanto vidua viro, ſibiq; poſuit, vt demortua corpore iungatur illi, quo cum viuens animo iuncta ſemper fuit.

IX.

Hic tubæ orbẽ concuſſuræ ſonitũ tacitus moror
Verius Guadagnus
Nobile ciuilib. munerib. & dignit. genus multiplici
honore claraui ciuis magnę exiſtimationis, Vexillif.
Orator multoties àd ampliſſimos Principes:
Decemuir tertiũ; exequutor Teſt. Io. olím Pontif.
Præfectus exercituum in oppugnatione Piſarum,
In bellis cum Ladiſlao Rege, ac Med Duce Philippo
multis Caſtris recuperatis ad Caſtrum nouũ Aretio
proximum fortiter bellans ferreo fulmine ictus an.
1426 Auguſto ſuccedente mox expiraui, qui ſpiritus patriæ reddideram. Lacrymæ procùl, ac Nænię
Non poteram Fato nobiliore frui.

X.

Hîc quieſcit Camillus Pandulphinus pro Epiſcopus Fæſulanus, in æde maxima Florent Canonicus, in hac Antiſtes; quæ munera ſine muneribus præclarè geſſit; maiores dignitates non habuit, quia parui habuit, ideòq; dignior. Generis claritatem de-

Aa ctri-

ctrinæ, ac virtutum radijs auxit, auri contemptor, recti peruicax, inſignis vigilantia, ſtudioq; animorum, beneficentia in pauperes, laborum pro aliena quiete mira tolerantia, quippè vixit alijs, dignus, & indignus lacrymis, nàm fælix mors eſt mori lacrymandum.

XI.

Torimbæo Laodicæum genus clarum æquè, ac peruetuſtum nobilitatem, Sebaſtianus Senator vitã dedit; Reſp. Magiſtratus, & munera domi, foriſq; ampliſſima; laudem eloquentia, & integritas comparauit. Peſtis atrox fatum peperit, atq; inuidit ſepulcrum, hoc tamen in oculis natorum, in Ciuium cordibus, in Senatus tanto lumine orbati memoria ſempiterna formatur.

XII.

Antonij I. Acciaioli Ducis II. Athenarum,
Atticæ, ac Bæotiæ regnatoris
ne diſpereat nomen cum corpore,
hoc manſuris notis in marmore ſepulcrali
Epigramma ſcribe:
Debetur immortalitas, cuius immortalia ſunt
ſtemmata.
Ductor optimus exercitum Venetorum viribus
Longè impar fugauit, ac fudit inſigni
victoria, & Athenas recuperauit
Angelum patruũ Card. Oſtien. conſtituit an. 1406.

Pro-

Digitized by Google

Procuratorem ampliſs.cum auctorit. apud S. Pont.
Reges, Venetos, alioſq; Principes.
Antonio excellens prudentia, magnanimitas,
Fęlicitas; magnificentia ſigularis;
Gratitudo liberalis in Patriam, qui Florentinos Ciues
portus, & maria nauigaturos à omnibus vecti-
galibus exemit priuilegio memorabili.
In memori ergo Ciuitate viuat tot ſæcula,
quot annos regnauit in Græcia,
qui grandæuus momento temporis deceſſit.

FINIS.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BS..3_2203.
303003

# IACOBI GADDII

# COROLLARIVM POETICVM

## SCIL. POEMATIA,

NOTÆ, EXPLICATIONES

*Allegorica olim conſcripta.*




BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE
LYON
1882

FLORENTIÆ
Typis Petri Neſtei ad Signum Solis. 1636.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

# SYLVA

## In Laudem FERDINANDI II. CÆSARIS.

LYON

GRANDIS, vt Heroum virtus æterna vireret,
Laurigeri ſudans conſcendi culmina Montis
Spicula flammiferi Canis, atq; horrentia brumæ
Frigora contemnens, & ſacro percitus œſtro
Hauſi vitalem doctore ab Apolline cantum,
Mortis, & ignaræ victor caliginis ardens.
Inuidia in caſſum ſtygias iaculata ſagittas,
Fregit, virtuti quæ miſcet pocula fellis,
Cognatoſq; truci corroſit dente ceraſtas.
Scilicet inuidiæ ridet mala fulmina virtus,
Et domat omniuori pernices temporis alas,



Digitized by Google

Si paret æterni fœlices carminis alas
Æthereus vates; noſtrum ne deſpice munus,
Heroum ſoboles, Romanique arbiter orbis,
Qui Reges domitas, qui donas Regna ſubactis,
Quiq; rebellantes fœlici Marte cateruas
Proteris inuictus, vel iniquæ turbine ſortis
Concurſus, vaſto qui nuſquam in corde timorem
Excipis; indocilem frangi, ignarumq; pauoris
Non populorum ardor, non coniurata rebellis
Agmina terrificant Terræ, non fulmina Cæli,
Non peſtes Erebi, triplicis quē machina Mundi,
Si caderet ſtabili conuulſa à ſede, feriret
Impauidum.
Quid referam Heroum ſeriem, centenaq; Regum
Nomina, qui gemini frenarunt limina Solis
Queis fortuna nouum patefecit fertilis orbem,
Ipſa gradum ſiſtens (mirare) immobilis, amplum
Imperium firmat generoſæ in cardinè prolis;
Cæſareæ cuius numerant capita alta coronæ,
Cognataſque comas regnatrix infula nectit,
Sed tibi quot pariunt famulãtia Regna, coronas
Tot tibi virtutes nectunt diademata Cæſar;
Nullum at ſplēdidius, quàm Religionis alumnæ
Arte laboratum, gemmis cæleſtibus ardens.
Scilicet arbitrium generoſi Cæſaris vna
Vindicat, æquęuiq; vehens trans mœnia Solis
Nectit adorantem manſuro fœdere diuis

Hanc

Hanc ſequitur grauitas, & veri ſancta cupido,
Nudaq; ſimplicitas fraudes exoſa latentes,
Quæque inconcuſſo clypei ſeptemplicis orbe
Munita infringit viroſæ ſpicula linguæ
Integritas, ridetq; minas Acherontis auari;
Mitis & aſtrigeri moderatrix orbis, alumna
Pacis, ad immanes Erebi quæ torquet hiatus
Iramque, & rabiem, truculentaq; iura furoris.

## In Mortem ALEXANDRI CARD. VRSINI, Cuius inſigne gentilitium eſt Roſa

### EPIGRAMMA ALLEGORICVM.

DVm furit occidui populator ſpiritus orbis,
Romula ferali turbine rapta roſa eſt.

Purpureus defluxit honos, perit orbis ocellus,
Italiæ ſydus nobile, Sol patriæ.

Romula ne ſperes vernantia tempora tellus;
Ver tanta viduum luce erit altera hyems.

# Sylua in Laudem
# VLADISLAI
## Regis Poloniæ, Sueciæ, &c.
## *MAGNI DVCIS MOSCOVIAE.*

AVra, ò progenies aëris innocens,
Lepor orbis, & voluptas,
Ades aura, quæ maritas
Peramœna prata Floræ,
Dum florentia fundis
Aſtra floribus ſupernis
Pulchriora, blandiora:
Tu per liquidos aëris agros,
Super auritas carmina pennas
Noſtra Heroem defer ad altum,
Qui Sarmaticis imperat oris.
Olli ſydereo texat de flore coronam
Phæbi docta cohors, virtutum munere diues.
Quæ candore niues Hmarias ſuperant,
Lilia defert, arbitra linguæ,
Cordiſque, fraudum non docilis Dea;
Quæque ligat ſtabili pacta adamante fides:
Quæque viros ſuperis manſuro fœdere nectit,
Porrigit æternas flammea diua roſas.
At quæ præteriti conſcia temporis

Ven-

Digitized by Google

Venturique ſagax vitreum bis conſulit orbem,
Maculis violas pingit amœnis.
Deuota Marti, fulminis æmula
Virtus, æthereo calore præſtans
Aurea flauentis diffundit munera chaltæ.
His opifex texat radiantem Muſa coronam,
Cui nuſquam tellus vidit alumna parem.
Ne iactes, Ariadna, tuum diadema, noueno
Sydere ab æternis quod tibi fulget agris;
Scilicet illa tuis florebit gratior aſtris,
Sarmaticiq; comas nectet Iouis, vſq; phalanges
Qui tumidas fudit bellantis fulmine dextræ,
Quem pauet Eoi regnator barbarus orbis,
Qui fera threijciæ perfregit cornua Lunæ,
Quiq; ſatum patulo Moſchorum in corde timorẽ
Martius hoſtili nutriuit ſanguine cultor;
Regnaq; centenas pariunt cui ſubdita palmas,
Victurumq; opifex molitur gloria Templum.

### *Peſtis Deſcriptio Allegorica.*

ECce per hoſtiles peſtis volat orba cateruas,
Lurida centenos pro crinibus explicat angues,
Tres quorum deteſtatos contorquet in hoſtes;
Monſtrũ horrendũ, ingens, falcatis dentibus atrox:
Immanes Stygiæ maculantur tabe paludis
Pennæ, queis Boream, ac trifidum præuertitur ignẽ,

Stat

Stat macies, nulluſque color, niſi mortis in ore.
Euomit os virus, diſtillant inguina virus,
Effundunt mammæ; pectus fluit omne veneno,
E viduis oculis viroſa elabitur vnda,
Germina quæ veris pubentes inficit hærbas:
Diſpereunt flores, areſcunt gramina paſsim:
Inficitur cum fonte lacus, pigræque paludes,
Et riui alipedes, & qui de vertice montis
Purior electro diffuſus in arua virentes
Lambebat ſtellas fluuius, decora inclyta floræ.
Dumque alata cohors meditatur in aere cantus
Decidit ipſa ſibi exequialia carmina cantans
Omnis iam volucris Cycnus, dum fnnere Cycni
Mergitur omnis auis, dum flumina piſcibus orbat
Læthalis rabies, qua vipera vincitur ipſa,
Dum ſonipes, taurique atris moriuntur in agris.
Sceptrigeri languent poſita feritate leones,
Manſueſcit quondam manſueſcere neſcia tigris;
Non lupus inſidias gregibus molitur anhelis,
Vnica quos tabes hoſtis premit vnus, at ingens.
Fœta cadaueribus montes aſſurgit in altos
Oſſibus albentes denſis, auidoq; ruentes
Excipit in gremio tellus infida nepotes
Fertilis vmbrarum Regi, non luminis auris.
Ætas nulla vacat tàm ſæuo libera fato,
At furit ætates peſtis truculenta per omnes
Cum ſenibus iuuenes, puerorumq; agmina nectit

Dum

Digitized by Google

Dum pupum exanguem lacrymis deplorat obortis
Sciſſa comas genitrix, ſuper ora trementia nati
Decidit exanimis natum comitata per vmbras,
Horrentes vmbras Erebi, noctemque perennem:
Altera debacchans, lucemq; peroſa malignam
Prole optat pereunte mori: Mors improba votũ eſt,
Nec mors paſſa diu vanas volitare querelas
Ludibrium Zephyris, matrum at miſerata dolorem
Abſtulit, & gemitum, lacrymoſaq; munera vitæ,
Abſtulit & fratres geminato fulminis ictu
Tartarei, fratrem frater ne linqueret alter
Naſcitur in luctu luctus nouus, orbaq; paſsìm
Tecta iacent, ac templa ſuis viduata miniſtris.
Plurima funeribus denſantur funera; mactat
Dum ſacer Antiſtes contempti à Numine tauri
Cornua, placando moriens fit victima Cælo
Ipſe aram ſuper occumbit, ne debita deſit.

### *Explanatio Allegorica.*

PESTIS, quæ ſignificat in poëmate diſcordiam fingitur à Poëta *Orba*, & *Oculis viduis*, ſcilicèt luce, cum neminem aſpiciat, nemini parcat, eademque mortales viduet luce, mater tenebrarum, mortis, & horroris, ideòque *Monſtrum horrendum ingens*, rectè appellatur, cum ſit naturæ monſtrum omnibus formidabile, cui adduntur *im-*

ma-

*manes penna* queis Boream, &c. ad exprimendam peſtis velocitatem, quæ breui temporis interuallo oppida, Vrbes, Regiones, & Regna inuadit. Hęc, aliæque peſtis proprietates conueniunt diſcordiæ Monſtro Politico, quæ funeſta peſtis omnium ſocietatum, exercitus, Reſpublicas, & Imperia corrumpit, exterminat, deuorat. Teſtes olim ampliſſimæ Reſpub. Græcæ, atque ingentia Regna Barbarorum. Teſtis, quæ Reſpublicas, & Monarchias, cōplexa eſt cogniti orbis Imperatrix Roma. Teſtis in Poëmate hoc Poloni exercitus hoſtilis, qui victor, ac pænè triumphans ſuborta diſcordia euertitur, proſternitur, diſſipatur. Hinc virus in deſcriptione ſignificat viroſam, læthalemq; vim, vt pennæ velocitatem, diſcordiæ, quæ angues tres contorquet in hoſtes, nimirum peſtiferā inter Duces æmulationem, mutuam ſuſpicionem Imperatoris, & militum, & quæ ab vtraque fluit, inobedientia Militum, qui factioſos Duces ſectantur, alij alios, detrectant Imperium ſupremi ductoris, turbas excitant ſeditioſi, rapaces, ſuo magis, quàm alieno exercitui pernicioſi.

Digitized by Google

# ODE
## HETRVSCIS RHYTHMIS
Concinnata in Laudem
## LVDOVICI XIII.
Galliarum Regis,

I.

CArminis dux non pereuntis aude
 (Sic iubet docti Deus ipſe Montis)
 Muſa virili celebrare laude,
Vnde vocalis fluit vnda fontis.

II.

Galliæ illuſtrem, decorumque Regem,
 Cui parat Mauors vigiles honores,
 Corde qui celſam fouet vſque legem,
 Cui parit centum probitas amores.

III.

In rebellantes domuiſſe gentes
 Doctus infandum pepuliſſe morem
 Qui dat æternum armiſonis dolorem,
 Atque diſcordes ſociaſſe mentes.

IV.

Ille Rupellæ validus ſubegit
Robur infidæ, Maris æſtuantis
Vinculis fluctus cohibens; minantis
Hoſtis irriſor fera tela fregit.

V.

Fama victorem celebrans honoret,
Ductili attollat peramantèr auro,
Ac triumphales numeros laboret
Phæbus hunc nectens viridante lauro.

VI.

Pacis authori precioſa lymphæ
Dona deuoluant, pia terra flores
Fundat, & dulces leuis aura rores,
Serta contexant variata Nimphæ.

*Sylua in laudem Thomæ Contareni.*

MOrtis horrentes agitans quadrigas.
Nata veſani Phlegetontis ardens
Peſtis inſignes populatur Vrbes
Neſcia vinci.
Par eſt carnifices ſolari carmine curas; (Apollo:
Corporis, atque animi medicus mihi Phœbus
Arcem canori pectoris occupa,
Numen, ſorores Pieriæ iuga
Laurigeri montis, patrioſq; relinquite fontes

Me-

Digitized by Google

Mecum vnà Veneto ſub monte laceſſere cantu
Sydera ne pudeat, miſeroſque arcere dolores.
At quem Caſtalides tergiminis ducem,
Aut Heroa libet tollere laudibus?
Numquid Alexandri Farneſi nomen in auras,
Aut Sabaudæ germina Stirpis
Duces corona, & faſcibus inclytos;
Aut Ateſtino ſemine Principes
Exortos reſona concelebrem Lyra?
At cur te ſileam, qui magne Americe reperto
Imponis nomen (dictu mirabile) mundo?
Ciet canentem nobilis Adriæ
Regina, cui pontus verendæ
Supplicibus famulatur vndis.
Sacrata Famæ nomina Principum
Centena iactat, Vrſeolos pios,
Fortes Veneros; mens bona plurimos
Extulit, ingeniumque prudens.
Quæ valet Henrici lucem delere vetuſtas,
Vel tenebris armata ſuis? etiam inuida noctis
Obliuioſæ nubila deſpicit
Andreæ ſydus, quo Contarena refulget
Vberta laurearum,
Heroum genitrix domus:
Hos inter radiat meliori lampade Thomas.
Hîc formidandi non horruit atra Tyranni
Lumina, non rictus, rabidæq; tonitrua vocis,

Viribus ingenij præſtans, & robore cordis,
Iuſtitiæ cultor, patrij tutator honoris
Igneus, æterno calami donandus honore.

*Not.* 1. *Andreas*. De hoc Duce Velat. *Gasp. lib.* 4.

*Andreas Contarenus pater* [illegible] *vocatus*. [illegible] *Venetiarum conditor, quod eam à maximis* [illegible] *periculis liberauerit, inter quæ Genuenſium maximum fuit, &c.*

*Hinc Gaſpar Contarenus Cardinalis*, [illegible] *par eloquentia, nec minor virtute*, [illegible] *& Elogio, Andream generis* [illegible] *ſummis laudibus* [illegible] *celebrauit in luculentiſſimo de Rep. Ven. Opere.*

# ODE ALLEGORICA

## *De Patria, atque* [illegible]

HÆc virgo tellus, neſcia vomeris,
Iniurioſis intacta greſſibus,
Quæ ſolis auratis pareſcit
Crinibus, aſtrigeræq; [illegible].
Hic gratiarum dulce loquentium
Agmen choræas ducit amabiles,
Cognata Nimpharum catena
Dum ſociat, replicatq; ſaltus:
Hæc flexuoſis orbibus aëra
Supervolantis fluminis ventila
Vrget gemellum, mox recurrens
Quaſſat humum redeunte greſſu.

Hic

Digitized by Google

Hic & ſorores, Mnemoſynes genus,
Plaudente Phœbo præſide carmina
Æternitati deſtinata
Ambroſio modulantur ore.
Audi canentes: temporis arbitras
Nihil morantur: Sæua neceſſitas
Quas Phœbus æternùm ſacrauit,
Fulminibus metuit ferire.
Buſto ſuperſtes viuit àb inuido
Mens ſacra Phœbo; hanc mellifluus latex
Irrorat, æternumq; paſcens
Iuppiter ambroſia Deorum.

*Explicatio Allegoriæ.*

H*Æc virgo cælitus*, &c. Muſarum patriam canens, non communem hominum patriam tellurem, ſed hominem ipſum ſubſtantialem, vt ipſiſſima proferam verba Triſmegiſti, à quo ſummi Philoſophi, ac Theologi diuina de Deo, mentibus, mundis, hominibus hauſere; cuius teſtimonium ſimile diuino aſſerit Lactantius Firmianus lib. 4. diuin. inſtitutionum; ſcilicet animum (hic Platonicis homo eſt ipſe, corpus verò vmbra hominis) nomine telluris adumbraui.

Additur *Virgo* nàmque animus is Poetæ ſacri, & innocens, & pudicus connubium cum vitio non eſt

au-

Digitized by Google

auſpicatus, ideòq; neſcit vomerem, nempè morſum carnificis conſcientię, quæ culpa laceretur, non ſentit.

Præterea *Iniurioſis greſſibus*, ſcilicèt affectionibus imis, quæ latentem animi diuinitatem iniuſtè premere contendunt. *Solis* autem *auratis crinibus*, nimirum Apollinis, ſiuè intelligibilis Solis optimis influxibus, atque mentium ſtellis imperantium patet.

*Hîc Gratiarum* intellige tres Gratias, quæ àb Orpheo deſcribuntur, Splendorem, Lætitiam, Viriditatem, Splendorem inquam mentis, Lætitiam voluntatis, Viriditatem, corporis, atq; fortunæ.

*Cognata Nympharum caterua*, hæc eſt Virtutum Paradiſi Nympharum, dicitur cognata, ſeù alumna, quia vel naſcitur vnà cum ſplendore mentis, & lætitia voluntatis, vel vtramque nutrit, an potius nutritur? vtrumq; rectè dixeris.

*Sociat, replicatque ſaltus* additur hoc, quia virtutes in operatione conſiſtunt, operatio autem motus eſt, & harmonicus optima.

*Supèruolantis flaminis æmula.* Intellige ſupremum illum Spiritum Domini, qui naſcente mundo ferebatur ſuper aquas.

*Aera gemellum*, quia diuina Sapientia Mundi parens aërem, quo nomine ſignificatur Cęlum, ac virtutes vnò veluti partu enixa eſt.

ODE

# ODE HISTORICA

*De Petro, ac Leone Strozza, quorum Elogia ſunt inchoata, non abſoluta.*

PAr eſt Camæna dicere nobili
Petrum, ac Leonem nobile par ducum,
Elata bellorum trophæis
Stroctia quos peperit propago.
Hîc arua calcans edomiti Maris,
Gallis carinis, ac Melitæ imperans
Victrice fregit Barbarorum
Claſſe ſagittiferas cohortes;
Ipſumque, ponti qui ſibi vindicat
Ius victor ingens terruit Auriam,
Viditq; flectentem carinas
Remigio pauidas fugaci:
Feras minores vt Lybicus Leo,
Diſiecit hoſtes Marte domabiles,
Non vngue munitus Tyranno,
At rapido metuendus enſe.
Potens aheni robore Conſili,
Rerumque Prudens, ſcilicet igneæ
Vim temperabat mentis acrem
Iudicio grauitèr ſalubri.

Bel-

Digitized by Google

Bello malignam ſæpiùs integer
Expertus eſt ſortem, doloſè,
Quæ rapuit meritos honores.
Deuicit Vrbes attamen arduas
Ille, ac potentes edomuit duces,
Durèque luctantes cateruas
Meſſuit enſe potens feroci.
Videre Iberi bella ſub horridis
Petrum gerentem fortitèr Alpibus;
Petriq; victoris Britannus
Armaque, conſiliumque ſenſit.
Quid Marte poſſet, teſtis Etruria,
Quæ fulminantem vidit, & horruit,
Coſmuſque Princeps, ac Senatus
Floriferæ obſequioſus Vrbis.
Dum rura ferro patria ſterneret,
Is liberum Vrbi redderet vt decus,
Flumenque tranſnaret ſonorum
Euolitans medias per vndas.
Doctus furorem vincere gurgitis,
Potens, vel ipſos ire per aggeres,
Per tela, per cædes, per ignes
Alipedi ambitione vectus.
Præſens ſalubri mentis acumine
Duxit phalanges agmine præpete;
Seruauit obſeſſam latino
Milite, Cæſareoque Parmam.

Sed

Digitized by Google

Sed parce noſtri catminis arbitra
Ciere cantus, Calliope, leues,
Iàm parce ductoris verendi
Facta rudi tenuare Plectro.
Æterna fratres Fama beat duces,
Quæ, vel remotos occupat Angliæ
Sinus; triumphatiq; victrix
Oceani vaga regna calcat.
Alas per Orbem ſcilicet explicat
Semper volantes indocilis mori,
Soliſque cunas vagientis
Vrget, & occidui ſepulcrum.

*De vtroq; legendi recentiores ferè omnes Hiſtorici, maximèq; Adrianus, Bernardus Segnius m. ſ. Paruta, And. Maurocenus, Natalis comes, Guazzius, Hiſtoria Equitum Meliten. Laur. Strozza in vita Philippi Strozza m. ſ vita Philippi iunioris edita Gallica lingua, Antonius Albitius in Vita Petri m. ſ. Alip. Capriolus in imaginibus, ac factis militaribus C. ducum. Vita Coſmi Med. M. D. Sanſouinus in Append. Apol. Landini, Epiſt. P. Strozza m. ſ. in lib. Bib. Gad.*

*De Petro.*

Cæſaris haud virtus, fortuna at defuit illi,
Ergo dimidium Cæſaris ille fuit.

C ODE

## ODE
*De Sancto Laurentio.*

DVm rogo Laurens medius crematur
Ignis, & ſæuus pia membra paſcit
Sic ferocem dicitur allocutus
Corde miniſtrum.
Adde nunc, lictor celer, adde prunas,
Hę mihi vernant violæ, roſæque;
O' triumphalem roſeis curulem
Necte corollis.
Victor hac Cæli ſuper aſtra vectus
Solis æterni ſitibundus ignem
Hauriam; flammas ſitio, miniſter
Porrige flammas.

*De mirabili Tabella Leonardi Vincis in Hermathena Gaddia. Prælegendus Raph. Borghinus in libro inſcripto* Il Riposo, *vbi refert, laudatq; verſus Vincentij Pittij, quorum initium eſt*
Vinſe Natura il Vinci, &c.

VIcit Naturam Vincis, teſtantur oloris
Carmina; ni credas, hanc tabulam inſpicias.
Vix poterit formare pares Natura capillos,
Vix frontem, ac frontis, aſtra gemella, faces?

in

In vultu lepor, & charites; in lumine motus
Viuidus; ambroſio riſus in ore viget.
Græcia formoſam Venerem quid iactat Apellis?
Hanc ſordere mihi picta puella iubet.

*De pulcherrima Venere marmorea Iac. Sanſouini in Gaddio cubiculo, vbi nunc habetur Academia.*

ARtifici formata manu, quæ ſpirat amorem
Marmorea, & fallit corda, oculoſq; Venus.
Quid ſolium fixit, colitur qua Pallas in æde,
Qua Sophia, & Muſis ſeptus Apollo ſedet?
Scilicet in caſtæ confugit Palladis ædem,
Vitet vt amplexus ſacrilegos iuuenis.

## *SYLVA.*

INuidię domitrix, vitæ melioris alumna,
Nomina quæ procerum centenis vocibus effers,
Diua, immortali nitidis adamante quadrigis
Tolle supèr Boreæ patriam, Phœbique meatus
Ambroſium Vatem, citharæ, qui celſa latinæ
Gloria, Apollineo percurrit pectine chordas,
Quem dedit Heroum genitrix Verona, Catulli,
Et Fracaſtori gemino quæ lumine gaudet
Audin, ſyrenes (hæc muſica turba Tonantis)



Digitized by Google

Quæ choreas agitant vocalibus vſque canoras
Orbibus, vt geminent præ dulci murmure cantum,
Qui bibulas blandè ſapientis verberat aures.
Scilicèt inuitant vocali nectare vatem,
Vt pedibus calcans orbis dumeta iacentis
Euolet ad ſuperos animo ſublimior orbes,
Carminaque innectat neruis diuina maritis
Ipſe lyræ fidicen Cæleſtis, & alter Apollo
Syderei ductor cantus, choreæq; nouenæ.

*Hac Sylua reſpondet Ode, qua vltrò decorauit me ignotum (hic honor vel immerenti exhibitus ab alijs capitibus Phœbo dilectis) Leonardus Todeſchius Academiæ, atque Vrbis Veronenſis decor, de quo edidit Elogium Franc. Pona.*

## *Ad Camillum Bellonum Profeßorem Philoſophiæ extraordinariæ in primo loco.*

QVa te laude feram Patauini gemma Lycæi,
Et Veneti viuax fulgor, honorq; ſali?
Tu latebras pandis Sophiæ, arcanoſq; receſſus
Lumen Platonis, lumen Ariſtotelis.
Non totus moriere, tui pars multa vigebit;
Te Fama æterno nobilis ære canet.

Pro-

Digitized by Google

*Proſopopæia Iani de Bella Pop. Florentini Vindicis, ac Patroni.*

ILle ego ſum Patriæ cuſtos, populiq; patronus,
Domui potentes Ciuium creans ducem,
Seruaui Patriam, libertatiſq; cadauer
Animaui amantis cordis igne vitali.
Debita quæ meritis reddentur proemia noſtris
Seruata Patria, reſtituta libertas.

*Deſcriptio Phari antequam Ponte iungeretur Alexandriæ.*

ÆQuoris in medio fixas lambentibus vndis
Radices,nebulis minitans,Cæloq; ſuperbũ
Mons caput attollit,cuius de vertice ſummo
Surgit anhelanti turris contermina Lunæ,
In qua perpetuùm nautæ ſpes fulgurat ignis
Æquoreæ dux ipſe viæ, qui ſyderis inſtar
Ducit inoffenſas præſenti lumine puppes,
Dum vaga nigranti diffindunt marmora nocte.

*Hyſpanię proſopopæia de fluuio ſuo reſonante.*

IN Cytharæ morem fluuialis perſonat vnda.
Dum Zephirus plectri fungitur officio;
Non opus Orpheis digitis, non arte parentis
Thebarum; fidicen Æolus ipſe mihi eſt.

De-

*Deſcriptio Noctis.*

NOX tenebris armata diem proſternit, amantes
Stellæ cognatis facibus præſigne ſequuntur
Funus, & extincti nebulis velatus, & vmbris
Vrna manet, quæ cuna fuit ſpectabilis aër.

*Proſopopeia Auri in Auarum.*

CVR me tenebris Roſpius damnat? mihi
Terris auaris abdito nullus color;
Nulla innocenti pœna debetur mihi;
Qui damnat inſcium ſceleris, iniuſtus eſt.

*De Victoria Ferdinandi Regis Rom.*

EX Acheronte Stygis Victoria filia falsò
Fingitur, hæc ſummi candida nata Dei eſt.

*Deſcriptio Noctis.*

IAm Nox triſte caput nectens crinalibus vmbris
Spargebat facili ſomnia vana ſinu;
Iam Dea venatrix cornu munita, ferarum
Agmina per Cæli clara premebat agros:
Florea progenies Cæleſtibus æmula gemmis

Amit-

Digitized by Google

Amittebat inops luminis omne decus.
Siluaq; vocalis cantu viduata phalangis
Parcebat refluis ludere mæſta comis.

*Deſcriptio diei ferale naſcentis.*

LVucis inops agitat mæſtas aurora quadrigas,
Non roſa cognato crines illuminat oſtro,
At nigra infuſcant vaccinia; triſtibus vndant
Ex oculis lacrymæ, lætus procul exulat ardor;
Sol quoq; ferali radios velatus amictu
Vmbriferas inter nubes captiuus oberrat,
Sanguineumq; imbrem voluit pro luminis amne.
At micat infauſta læthalis luce Cometes
Exitiale minans ſuſpenſo ſcilicèt orbi.
Terrificant dubias horrentia fulgura mentes,
Prælia portendunt bellanti nubila luce,
Ignea dum vaſto iaculantur tela fragore.

*Hendecaſyllabus verſus Latinus, & Etruſcus*
Alta gloria, Honor, vetuſta Fama.
*De Leone Strozza.*

VIden? Fulmineis coruſcat armis
Inuictus Leo ſubditi Imperator
Maris, exitiumq; Barbarorum,
Viden? barbaricos refringit enſes,

Cap-

Captiuaſque trahit potens carinas,
Et victrix labarum iubet volare
Viden? æquoris Auriam potentem
Subditæ Auſtriadum rati imperantem
Terret pennigero timore captum
Iter flectere cogit indecorum:
Vt ceruus fugit ille glorioſus
Ductor, ſcilicèt hoc minor leone,
Quem regem veluti timet virorum
Hunc proſternere neſcius; vel ipſe
Hunc vix ſterneret Hercules leonem.

## ODE

### *De Barbara Tiliamocha Virgine Poetria, & Cantrice.*

SI dè ſupremis Calliope rotis
Æterna proles ſceptriferi Iouis,
Vitale concentu beatrix
Florigeras peteret columnas:
Quis non canoræ nectareum melos
Haurire Diuæ certet; honoribus
Quis non coronet inuidendis
Numen, & obſequio verendum?
Quò me calentem Phœbe potens rapis?
In celſa nunquid mœnia ſyderum?
Nùm forma regnatrix àb axe
Labitur in patrios penates?

Audi-

Digitized by Google

Auditis? aures ſydereus quatit
Sonus, catenas necteret amnibus,
Beluaſque frœnaret rebelles,
Siſteret ac volucrum phalanges.
Illapſa certè in pectora virginis
Mens pura noſtræ Calliopæ canit,
Aut virgo mentis æmulatrix,
Muſa recens fluitantis orbis.
Sic eſt, recentem mòx ego carminis
Ducem precabor, auſpice qua modos
Vibrare pennatos oloris,
Et ſocias animare chordas
Fas eſt: Gigantum cum Ioue prælia
Depingat alter prodiga fulminis;
Aut vſque victrices Phalanges
Romulei celebret Senatus:
Aut Barbarorum cladibus inclytum,
Cui Flora mater, Pannoniæ ducem
Pubis triumphantem Scolarum;
Ipſe supèr famularis alas
Famæ volantem te prior eueh† am,
Facunda virgo, fax noua floridæ
Telluris, æternos honores,
Cui parat Aonidum caterua.



Digitized by Google

*De Aloyſio Cardinali Capponio.*

Diuitiæ, ingenium, prudentia, fulgor auitus
Aſtra ſuper tollunt nomen Aloyſij.

*De Mure Veneto, qui peredit chartam libri Poematum in quo leges Hendecaſyllabum de Mure.*

LVSVS.

DVm videt à noſtro claratum carmine murem,
Quòd cupido chartam legerit ore vorax;
Mus Venetus Florentino æmulus appetit ore,
Atq; vorat chartam verſibus egregiam.
Excitat hunc ardor famæ, quam carmina donant;
Ambitioſum æuum, muribus ambitio eſt &

*De eodem.*

Hauri orbis famæ ſtudium de mure ſagaci,
Magnorum capitum nempè magiſter erit.

*Epigramma de Venuſtiſſimus Veneribus Antonij Bruni.*

DVm geminę Veneris geminos modulatur honores.
Arbiter Etruſcæ ſummus, honorq; Lyræ.
Lux fluit Eloquij Phœbo ſacrata, canentis
Purius electro flumen àb ore cadit.

Tot

Digitized by Google

Totq; vehit gemmas, quot Cælum pingitur aſtris,
Quot Zephyri Flores educat aura patris.
Cur legis Eoi gemmas ò Littoris? amne
Hoc immortali plurima gemma nitet.

*In Mortem Canonici Gualterottij.*

CRudelem irato deteſter carmine mortem,
Quæ carum caput, heu lacrymando funere merſit:
Iure gemis raptum, genitor clariſſime, natum,
Quem fleat effuſis Elegëia mæſta capillis,
Quem florum triplex aſpergat Gratia nimbo,
Quem lauru condat Muſarum turba cauato:
Ille ſacri nemoris cultor, Phœbiq; medulla;
Ille patris, grandi annorum qui mole laborat,
Robur erat, columenq; pium, Florentis & ædis
Non poſtremus honor, meliori at ſydere dignus,
Triſtia fortunæ perpeſſus tela nouercæ,
Quæ tamen extincto parcat clementior, oro;
Nec Boreas vatis feret irrita verba precantis:
Ne timeas, Franciſce, æterna ſilentia Læthes;
Humida non operit ſacros obliuio Cycnos;
Hæc rapidi manſura feras ſolatià lęthi.



Digitized by Google

*De Cardinali Sacchetto Legato Ferrariæ vaticinium morientis Franci Sacchetti Scriptoris celeberrimi.*

FRancus, corporeæ dum vincula rumpere molis
Incipit, æthereos attollens lumina in orbes
Ore ſuos hilari affatur, prohibetq; querelas;
Viuite fęlices animæ, multoſque nepotes
Longiùs in dias effundite luminis auras,
Credite, venturis annis (præſaga videt mens)
Naſcetur, qui purpureo præſignis honore
Imperio populos placido frænabit, & vrbes;
Illum Pierides, Chariteſq; ac Phæbus amabit;
Iuſtitia armabit prudens, prudentia fortis:
Tàm placidum, & facilem in ſolio mirabitur orbis.
Vera fides vatis verum non omne canentis:
Perficio augurium nunc plenus Apolline vates,
Orbis adorabit triplici diademate nexum.

*In nomine Domini a dì 9. di Nouembre 1439.*

Queſto libro compuoſe Franco di Benci Sacchetti, e chiamaſi libro delle rime, il quale contiene in sè più coſe, e maſſimamente Chanzone moral, Chanzone diſteſe, Sonetti, Ballate, Madriali, Lettere, Piſtole, Chapitoli, &c.

Pino

Digitized by Google

Pino Ordelaphio Foroliuij Domino ann. 1398. eodemq; an. Cantio, quæ pręſcribitur *Canzone diſteſa di Franco Sacchetti, fatta a Portico di Romagna, doue era Capitano per lo comune di Firenze Anno* 1398.

Hæc retuli ex volumine m. ſ. an. 1439. exarato quod àb Iuliano Giraldo patritio, & Academico Florentino ſeruatur.

*Hic Francus erit meo iudicio, qui ab Ammirato lib. 14. hiſt. appellatur Franciſcus, & ob exiſtimationem bonitatis vnus fuiſſe exceptus dicitur à quodam decreto.* Alter verò erit (cùm tot anni intercedant.)

*Francus, de quo Ammiratus par. 2. hiſt. m. ſ.*

Il paſſato Gonfaloniere Franco Sacchetti huomo molto eloquente, e Giannozzo Pandolfini per praticare la pace col Rè &c. Giannozzo Pandolfini l'vno de due Ambaſciatori fù dal Rè in queſta concluſione della pace fatto Caualiere &c.

*Et Bart. Facius lib. 9.*

Ianotium Pandolphinum, ac Franchum Sacchettum eloquentē virum Legatos ad eum de pace, &c.

*Catal. ſcript. Flor.*

Francus Sacchettus Comicus nobiliſſimus, & Hiſtoricus illuſtris trecentum nouitates dictauit eaſq; argutis verbis, exquiſitiſq; ſententijs excoluit.

De

Digitized by Google

*De Philippo Scolario.*

COntinuata fuit victoria vita Philippi.

*Eiuſdem Proſopopæia*

Bella ſibi geſſit Cæſar, mihi nulla Philippus;
Si mihi bellaſſem, Cæſar & ipſe forem

*Tumulus honorarius.*

Siccine membra iacent, ac fulminis æmula dextra
Odryſiæ terror gentis, & exitium?
Quì tot ab hoſte trophæa tulit, nunc ipſe trophæũ
Mortis, at ex ipſa morte trophæa rapit.
Hoſtes namque domat fama, buſtoq; ſuperſtes
Viuit adhùc mortis victor, & inuidiæ,

*Nota* 1. Hoſtes namq; domat, &c. *Mirum certè, ſed non inauditum, & à b egregijs Scriptoribus traditum, penès quos fides illius ſtet, quam nec infirmo, neq; confirmo.*

*Vgolinus Verinus.*

NVnc age magnanimi dic inclyta geſta Philippi,
Dic mihi, Muſa ducis pugnas, claroſque triumphos,
Qui Marios, Syllamq; æquat, magnoſq; Camillos.
Ter decies victor collatis æquore ſignis

Pan-

Pannonio innumeras peditũq; equitumq;cateruas,
Sarmaticaſq; acies, Turcarumq; agmina fregit,
Cuius Hyperborei trepidant, Daciq; feroces
Nomen adhùc, horrentq; iterùm tentare periclum
Poſt mortem, tanquam viuentem, Barbarus hoſtis
Horrebat, tantùm terrebat fama Philippi
Cautior hoc nullus, nec fortunatior alter
Extitit, huius enìm meruit victoria caſtris,
Et nunquam ſorti fœlici induſtria ceſſit.

*Et Franciſcus Verinus ſecundus Philoſophus.*

NElla quale ancora fù sì grande Filippo Scolari, ch'egli rimeſſe in iſtato il Rè Sigiſmondo d'Vngheria, & eſſendo ſuo Capitano generale, mercè di cotanta ſua virtù, ottenne ventitre Vittorie, venti mentre era viuo, & tre dopo morte, tanto era il terrore, che n'haueuano.

Hos æquiores fortè Philippus eſt ſortitus, qui multos veræ virtutis, factorumque ingentium teſtes grauiſſimos habuit, qui à nonnullis iniquè carpitur, atque proſcinditur falſa infamia; horum prę-cipuus videtur Sabellicus, de cuius hiſtoria Veneta meam ſententiam ingenuè feram ea lege, vt àb æquiſſimis, & prudentiſſimis iudicibus perpendatur, quos eius adſtipulatores forè ſpero.

Vide-

Digitized by Google

Videtur mihi Sabellicus aliquandò breuior, ſiuè mancus, & minimè accuratus in explicatione rerũ, ac temporum, quæ annis nunquam ferè ſignatis minimè dignoſcas in opere tumultuario, ac nimis feſtinato, nec ſuis numeris abſoluto, vt ipſemet in epiſtola nuncupatoria Marco Barbadico Principi, & Senatui tradit; Quædam memoratu digna quandoque omittit, maximèq; Venetis parum decora, aut pudenda, continuata planè commendatione, aut defenſione Rempub. complexus, huius ſtudioſiſſimus, & iuratus amicus, an famulus? Hic à Senatu euocatus, vt Ciuitatis res geſtas conſcriberet, & trecentis aureis in Gymnaſio profiteretur, in hoc munere perutilem iuuentuti operam præſtitit, cum in altero adulatione parum ſobria (hæc verba Iouij in Elogio Sabellici) rerum veritatem adumbraſſe videretur.

## LVSVS.

NEpotem produco breuem de gurgite ſcribens,
Zoile, nec falsò, longior ille fuit.

*Hoc Diſticon olim ſcribellaui cum ſcripſiſſem alterum.*

Diuitias effudit aui prædiuitis hæres,
Illius nepos verior vt fieret.

Digitized by Google

# AD VICTORIAM ROBOREAM
## Magnam Ducem Etruriæ.

SAlue, ò Tyrrhenæ regnatrix inclyta gentis;
Salue ò Roboreæ dulce decus ſobolis.
Excelſo coniuncta Duci, genitura Mineruæ
Heroas, Reges Vrbibus, aſtra polo.
Sic voueo, ſic prædico, ſic monſtrat Apollo:
Decipiet vatem vates Apollo ſuum?

## *De Nerio II. & Antonio II. Acciaiolis fratribus Ducibus Athenarum, &c. de quibus legendum Elogium hiſtoricum.*

NObile par fratrum, Graios Dux rexit vterq;
Non ſimul, alterno tempore ſceptra ferens;
Geſſerat hæc Nerius, quo pulſo Antonius ardens,
Rurſus at extincto fratre gerit Nerius.
Nimirum Pollux, & Caſtor in Vrbe fuiſſet,
Si fraterna illis gratia, ſanctus amor.

E AD

Digitized by Google

# AD MARGARITAM AB HETRVRIA

## Parmæ, & Placentiæ Ducem.

HEroum ſoboles, gentilibus aucta triumphis
Me rapis in laudes, Dux celebranda, tuas.
Dia tibi Venus ambroſios afflauit honores,
Fouit & obſtetrix pectore dia Charis.
Vix natam eternùm complexa Modeſtia nutrix,
Texuit atq; faber florida ſerta Pudor.
Artibus egregijs coluit Ioue nata Virago;
Nectare Caſtalidum proluit alma cohors.
Quid mihi gentiles Heroidas obijcit hoſpes?
Has Heroinas vna puella refers.

*Ad Bartholomæum Vecchium Pat. Senenſem, Iuris Ciuilis Profeſſorem Primarium.*

NOn tria corda tenes, at bis tria iudice Gaddo,
Sex etenim linguis doctior eloqueris.
Soluis & eloquio præſtans ænigmata legum,
Iuraq; mente memor concipis, ore paris.
Ciuilis pereant ſi cuncta volumina iuris,
Inſtar ciuilis vox tua iuris erit.

AD

Digitized by Google

# AD PRÆPOTENTEM REGEM MAGNÆ BRITANNIÆ, &c.

## SYLVA.

SAlue ò tergemini dominator maxime regni,
Quem triplici titulo inſigné, tripliciq; corona
Roborat indomitis prò turribus arbiter vndis
Vndarum fido famulatus gurgite Nereus,
Qui ferus hoſtilis frangit molimina claſſis,
Montibus atq; pares fouet æquo numine puppes,
Quas parit Heroum fæcunda Britannia mater,
Magnorumq; altrix Regum, quos inter, vt aſtrum
Fulgebis princeps, ni vatem ſydera fallant.
Cerne, tibi vt radiet præſenti lumine Cælum;
Vt procerum plauſus, vt fidi vota Senatus,
Vt populi tutetur amor; tria maxima regni
Præſidia, & Regis manſuræ ſcilicet arces.
Te nunc inſuero velatum pectora peplo
Artifici quem finxit acu, centumq; figuris
Diſtinxit formans vultus, ac ſtemmata magnæ
Stirpis, & imperij titulos, faſceſq; potentis
Gloria deducet curru ſublimis eburno,

Quam ſociat Phæbus, ſoror & iurata Poëſis:
Auriga intextum gemmis radiantibus axem
Ducit Honos, dum Conſilium, ac Solertia pronos
Frænat equos; agitantq; rotas, velut agmine facto
Iuſtitia, & molli Clementia blandior agno;
Et quæ largifluo diffundit munera cornu;
Et bellatricis virtus Mauortia mentis.

*Proſopopæia Arni in laudem Gher. Saracani Prouiſoris Gymnaſij Piſani, &c.*

QVÆ noua fœlici ſpectacula lumine cerno,
Quæ nunc Piſano ſcena pateſcit agro?
Dum ciet Iſmario Saracenus pectine chordas
Argutæ ſocians carmina docta lyræ
En ſitibunda ſoni labentes flumina lymphas,
Frænat & aligeros blandior aura pedes.
At dociles agitant Nymphæ per prata Choræas,
Dum Charites ludunt, ludit & alma Venus.
Illas ambroſij comitantur ponè lepores;
Hanc amor, & luſus, deliciæ, atq; iocus.
Aſſurgunt faciles tenero de ceſpite flores,
Atq; aurita petit ſylua canentis ebur.
Sceptriferiq; adſunt poſita feritate leones,
Ipſaq; nunc cædis neſcia tigris adeſt.
Cornigeriq; greges adſunt, volucrumq; Phalanges,
Saxaq; natali duritie poſita
Non ſecus, ac dominã reſonans cum fleret ademptã
Biſto-

Biſtoniæ vates rectòr, honoſq; plagæ.
Hic per hyperboreas glacies, Rhodopeſq; pruinas
Noxia flebilibus verberat aſtra modis.
Scilicet Eurydicen fatali vipera dente
Ad nigra regna Iouis compulerat Stygij.
Tænareas fauces cythara penetrauit amante,
Horridaq; Iſmarius mænia Perſephones.
Inſueto victi ſtupuerunt carmine manes,
Vincitur anguineis fęta Megæra comis:
Exangues lacrymant animę, precibuſq; canoris
Franguntur rigidi pectora ahena Ducis.
Redditur Eurydices poſcenti, dum noua vitæ
Stamina fatalis ducere Parca iubet.
Iamq; virum ſequitur, dedit hanc Proſerpina legē,
Sed legis coniux immemor, atque ſui.
Reſpicit inſtantem reuolutus amore tyranno;
Legibus hic famulos comprimit vſq; ſuis.
Heu Stygiæ infœlix rupiſti fœdera Diuæ;
Heu nimio Eurydicen cædis amore tuam.
Illa ruit Erebi rurſus deuota tenebris,
Quæq; ſemel vixit, bis moritur miſera.
Nequicquā prænſas, Orpheu lacrimabilis vmbras,
Non datur amplecti deficientem animam;
Qua moueas prece inexorabile Numen Auerni;
Nempè ſemel tibi ſit reſtituiſſe ſatis.
Fortè Abbas rursùm obtineat dulcedine cantus,
Quo potis eſt ferri frangere duritiem.

Hunc

Digitized by Google

Hunc mirata ſuos cohiberent ſydera curſus,
Concentus maior cuius in ore ſonat.
Par quoq; nobilitat morum ſymphonia Vatem
Quos blando virtus temperat obſequio.
Quid mentis referam diuinas carmine pennas
Queis volat aſtra ſuper, cælicolûmq; choros?
Vnus inacceſſi ſolium venerabile Solis
Scandit, & à lucis fonte bibit radios.

*Luſus non falſus.*

DVM feſſa irriguo mulcebam pectora ſomno;
Ante oculos viſa eſt candida turba meos:
Turba vale, aiebam, non muto ſcilicet ore,
Namq; vel in ſomnis edere verba queo.
Teſtis, qui ſtupidus ſitienti non ſemel aure
Excepit domini mollia dicta ſui
Ipſe vigil famulus, numeroſq; vel inſcius hauſit;
Carmina nàm cecini; ſomnus Apollo mihi.
I nunc, qui gemini ditatur Apollinis aura,
Phœbæum Vatem, Zoile inique, nega.

*In Sceleſtum.*

Quid molire nefas? tacito pede pæna nocentes,
Criminis, ac vindex ponè Deus ſequitur.

M. HEN-

Digitized by Google

# MAGNI HENRICI IV. GALLIÆ ET NAV. REGIS

## VIRTVS MILITARIS.

QValis Threycij regnator barbarus axis
Armatus rigidas glaciali frigore pennas
Impete fulmineo ſyluæ frondentis honorē,
Et ruris populatur opes, & ſydera veris;
Nubis vt obſtantis ſoboles ignita, Gigantum
Torſit in exitium quam dextera Numinis vltrix,
Ardua monſtriferæ laniauit membra parentis,
Culmina ſyderibus feralè minantia ſternens.
Qualis & ignito rabidus crudeſcit Orion
Enſe, reluctantes validus proſternere turmas,
Sic rotat herculeis fatalem viribus haſtam,
Sic gladio diſcerpit equos, teliſq; rebelles
Transfigit ternos; diuerberat aëra nunquam,
Irrita nulla cadunt læthali ſpicula dextra.

DE

# DE FERDINANDO HERNESTO

## Hungar. ac Boem. Rege optimo.

MArs, & Mercurius violato fœdere certant,
Hic ſibi Fernandum vindicat, ille ſibi.
Ingeniũ, eloquiũ, doctrinæ munera, linguas
Scilicèt Herneſto Mercurius tribuit.
Ignem animi, cordis robur, dextræq; trophæa,
Scilicèt Herneſto Mars dedit armipotens.
Ecquis diſſidium dirimat, litemq; Deorum?
Atq; toga, atq; ſago maxima Pallas adeſt.

*De Pittia ęde à Luca Vexilliſ. ac Equite clariſs. à fundamentis excitata, quam conſecutis inde temporibus M. E. Duces amplificarunt, & amplificant continenter adornatam regio ſplendore.*

CVm fraterna potens ad ſydera tolleret author
Limina, Cæſareis æmula liminibus:
Surge (ait) æternum noſtri decus, inclyta moles,
Et nunquam Pitium deſere fida genus.
Noſtros perpetuùm dominos tueare nepotes
Sit regina tibi Pittia poſteritas.
Ludit at euentus (mirari parcite) Vatem;
Non dedit Oraclum Pythius, at Pitius.

In

Digitized by Google

*In Hymno ad Chriſtum D. pro Ferd.* II. *M. Ducis, ac Florent. Vrbis fœlicitate.*

(hic eſt ex ijs Hymnis, qui vocantur Eu&ici, ſcilicet precatorij, ſeu votiui) pag. 6. deme *Hæc mater, geminiq;* ſcribe *æquæuiq; parens.*

Nectite bacciferis, &c. deme *Veſ. dolor* ſcribe *Non timor infælix*, ſequentem verſum ſic muta Non rabidus liuor, non agmina mille dolorum.

In hoc Poëmatio (Hymnum, ſiuè Pæana, ſiuè Dithyrambum appelles) ſequutus vltrò ſum veluti duces, atq; magiſtros Ouidium in 4. Met. & Senecam in Choro ſecundi Actus Ædipi; tamèn addidi non pauca, quædam omiſi minimè neceſſaria; plura variaui diuerſas carminum Ideas, diuerſum ordinem, ſtylumq; adhibens; itàq; longè diſſimilis in ſimili argumento ſum iudicandus, iudicium niſi fallitur meum. Qualecumq; id ſit Poëmation àb adoleſcente me ſcriptum (vt non pauci norunt) meam ſuprà ſpem, ac votum placuit egregijs aliquot ingenijs, cuius honorificè meminit Franciſcus M. Gualterottus Canonicus Florentinus in Epiſt, ad Carolum Marucellum Ann. 1628. edita his verbis.

*Veggaſi Ennio mentre dice della Chiocciola* Cochelea herbigera domiporta, *e Catullo* Laſerpiciferis iacet Cirenis Sagittiferoſq; Parthos. Septemgeminus Aurifer Tagus, tardipedi, plumipedas, hede-

rigeræ ſonipedibus, ſiluicultrix, nemoriuagus, *e ne i noſtri tempi il Sig. Jacopo Gaddi nell' Inno, ch'egli fà* In Bacchi laudem Thebanorum priſcorum Chorus, *che tanto è à dire quanto nel Ditirambo queſte, e ſimili ne adopera*; bacciferis, altitonantis, ignigena, racemiferis, aurifero, vitigera, ſquamigeræ, *e ſimili, &c.*

Idem in Elogio Foreſis Adimari.

*Da Nobiliſſimo ſpirito, eccellente Scrittore, e Letteratiſſimo Gentilhuomo Hercole Fiorentino, &c.*

Idem Odē mihi miſit vltrò, ac spontè cōpoſitā,

In Elegię *Sic te grata ratis* nouiſſimo verſu fortè meliùs ſonabunt *Igniſona* quàm *lethifera*. Pubeſcentem Aurorę ſyluam, & Epigramma morale ſeqtatur Elegia ad Zephyrum piè ludens, & ad S. Virginem Deiparam Hymnus.

pag. 1. De Hieronymo Balbo, de quo puer luſi Diſtico, non ludens hæc ſcribam. Viſus ille mihi fuit egregius Poëta (vt in titulo indicaui) qui non niſi carmina illius legi, ſed nupèr eiuſdem multiplicem cognitionem diſciplinarum, & eruditionem cognoui ex Iohannis de Trithem Abbatis Spanhemenſis Libro de Eccleſiaſticis Scriptoribus, in quo eruditiſſimus hic author non paucos viuentes celebrans hæc de Balbo habet. Hieronymus Balbus vir celeberrimæ opinionis, & in omnibus diſciplinis bonarum artium egregiè doctus, Philoſophus clarus,

& re-

& rethor facundus, metro excellens, & proſa, &c. Viuit adhuc in Gallia ſcribens, & varia componens, ſub Maximiliano Roman. Rege illuſtriſs. Anno Domini 1494.

pag. 18. Elegia *Quò ruitis caci, &c.*

Hæc veſtigia tangit aliquandò Romani Pindari, qui Epodon lib. Ode 7. bellum ciuile deteſtatur ignito ſtylo armatus. Alia tamen eſt Elegia, ſi perpendantur addita plurima, quædam variata, omiſſa non pauca, itàq; mihi videor purus furti, quod crimen pleriſq; Poëtis familiare non laudo, at excuſo edoctus, hanc veniam multis dari, petiq; viciſſim.

pag. 29. In ſenem laſciuientem: *O cui, &c.*

Hìc ſeriò luſi ad imitationem Venuſini Vatis, qui lib. 3. elegantiſſima Ode *Vxor pauperis* Ibici Chlorin vetulam hortatur, vt nequitiæ modum ſtatuat.

*De lacrymis Virgunculæ caſtiſſimæ.*

EPigrammata hæc tria meis non egent notis, ſicut neq; Ode de Regibus (huic ſecundum verſum vltime ſtr. ſic muta: *Jactabit alti muneris inſcius*) quæ Philoſophorum ſententias aureas ferreis auribus reiectas, atq; contemptas poëticis numeris complectitur; cui videtur conſentire Sylua de villa amæniſſima pag. 22. quæ ruris, & Muſarum amœnitatem præferre videtur ſceptris, faſcibus, &

inſignibus inuidioſæ cuiuſlibet amplitudinis.

Tria Epigrammata ſuccedentia clara ſunt, ita vt animaduerſionibus illuſtrari neceſſe non habeant.

Chorus Militaris in laudem Federici Fulchij ſanè poëticus, nil aliud requirit, niſi nomina Scriptorũ; à quibus excerpſi; quæ de tanto Heroe ſcripſi in lemmate, fuere illi Franciſcus Serdonatus in caſibus.

Landinus in Apologia, Verinus de Illuſtratione Flor. lib. 2 Franciſcus M. Vialardus in lectione excuſſa Genuæ An. 1590 B. Baphius in Oratione de fœlicitate Florentiæ edita; & alij.

Ad Chriſtum Dominum Elegia: *Chriſte potens, &c.* argumentum idem tractat cum Hymno: *Chriſte ſeruati, &c.* ſed vario ſtilo, vberibuſq; ſententijs ditata, ſpecie, ac re non parum differt meo iudicio; quod maturiori iudicio eruditorum ſubmitto.

Epigramma: *Quid ò barbare, &c.*

Æquiſſimis auribus legeretur illis Rerumpublicarum rectoribus, qui ex Oraculo Platonis philoſophantes regnant ad publicam fœlicitatem.

Inſequens in Herodiadis puellæ mortem concluditur per interrogationem, capitis nùm caput eſt precium? dubitantis, & admirantis potiùs, quàm aſſerentis, cum nulla videatur æqualitas intercedere obſcenum, ac nephandum inter caput infamis fæminæ, & proximum velatæ diuinitati caput D. Io. Baptiſtæ, quo inter natos mulierum non ſurexit maior

maior, vt diuina veritas apertè, diſertèq; pronunciauit.

Connectitur iure ſuperiori Epigramma de Herode, quod nomen infauſtum, & fatale videtur Innocentiæ, ideoq; non ineptum exordium leges;

*Ah quid fatali ſæuus furit enſe Tyrannus, &c.*

*Explicatio Allegoricæ Deſcriptionis.*

ECce renaſcentem Cæli indulgentia mundum. Mundi nomine renaſcentis intelligo Mundum Politicum; nempè Remp. quæ Polito Principe optimo electo renaſcitur quodammodo, cum in priſtinam vitam, & fælicitatem aurei temporis redeat; hæc verò erit Mundus inferior, ſuperior autem Cælum omne cum numinibus.

*Meliori ſydere*, ſcilicèt influētia meliori à ſyderibus emanante, ſi mundus ſumatur pro Microcoſmo ſuperior, nempè Cæli erunt potentiæ animæ rationalis, & quæq; p̄ ſtantior Cælū p̄ſtātius, niſi iuxtà veterum opinionem proprias applicemus Dijs præſidibus planetarum. In hac Allegoria *Phœbus* exprimat intellectum contemplatorem, ſiuè ſupremam rationem, aut ſapientiam dominantem in Microcoſmo, Politi: *per quadrigas roſeas* intelligas Phantaſiam, aliaſq; facultates animæ vehicula; ſiuè quaſdam operationes Intellectus.

*Subie-*

*Subiecta per arua*, quia ſubiecta ſunt membra Politi intellectui, ſiuè ſapientiæ, vel Principi (nam in Allegoria Reip. Phębus indigitat Principem illuſtrem, & excellentem inter Ciues, vti Phæbus excellit inter ſydera) Ciues, plebs, oppida ſubiecta: *Nitidas ſagittas* intellige, vel luminis, vel amoris, quas & intellectus, ſiuè ſapientia vibrat, vel alia Allegoria Princeps excellens, qui exemplo, monitiſq; aureis illuſtrat Ciues ad amorem virtutis, & patriæ inflãmans: *Ore Mitius ardenti*, quia ardor ille placidus, & ſalubris, non immitis, atq; pernicioſus eſt.

*Inuida nubila* eſſent in Microcoſmo affectiones immodicæ, quæ inuoluunt lucem intellectus; in alia Allegoria malorum Ciuium, ſiuè plebis imperitæ maledicta, inuidia, impoſturæ, quæ vultum Principis *Luciferum condere audent*, aut certè conantur. *Tellus florea* in Microcoſmo Anima ſentiens, & vegetalis; *ſiuè corpus rores* captare dicitur, ſcilicèt gratias cadentes à viribus ſupremæ partis.

In alia Allegoria pars infima Reip. beneficia captans à Principe, Senatu, Magiſtratibus diffuſa.

*Zephyri genialibus auris*, ſcilicet Principis, qui nutrit egenos, vel muneribus per liberalitatem, vel ſpe, ope prudentiæ.

*Auſtri* ſunt liuor, & dolus calumniarum artifices, qui alienam exiſtimationem nigris flatibus, velut afflatu aëris peſtilentis inficiunt.

Aqui-

Digitized by Google

*Aquilo* ſignificat immoderatum appetitum proprij boni, qui huius appetentem impotente impetu adeò impellit, vt amicos, affines, fratres ipſos proſternat, ne impedimento ſint in expetito fine conſequendo.

*Iàm linq; Regis lubrica limina, &c.* Hæc ode *Nutbetica* àd aulicũ gratia florentẽ floret ſententijs frugiferis, quę tamen in ſpeciẽ laudatę, re à pleriſq; reijciuntur, qui aura gratiæ fluctu mobilioris inflant vela ſpei, quæ ſubdolè latentes inter ſcopulos, & ſpecioſa pericula naufragium tandem facturos ducit, euehitq; nauigantes adeò incertum oceanum.

*Ille ego ſum bellax generoſo è ſanguine Guido.* Hic Guido Guerra Guelphorum Tuſciæ imperator illuſtris prudentia, & virtute militari, bellax, periculorum contemptor, magna ſemper appetens, *Papyrio* Curſori ſimilis, ingenio, animoq; admirabilis fuit: hìnc perditas penè res ſępè reparabat, ſæpè victoriam ex hoſtium manibus eripuit; exercitus magnos duxit, vi æquè, ac arte vicit inimicos potentes. In Sancto Germano oppido expugnando, & in debellando Manphredo Rege Siciliæ non procùl àb Vrbe Beneuenti, victoriæ, quam retulit Rex Carolus, celeberrimæ author, ſiuè cauſa præcipua ingentem gloriam vnà cum ſocijs Etruſcis obtinuit fuſis hoſtibus clade memorabili. Hæc tradunt fide digni ſcriptores conſentientes. Sanſouinus addit ex F. Lean-

Leandro Guidonem Guerram ducem Clemen. IV. Pontif. adeptum fuiſſe Mutinam, Rhegium lepidi, Viterbium.

Pag. 10. Iam renaſcentis.

In hac Ode Horatij veſtigia ſectatus aliquandò ſum, at longè plura, diuerſaq; addidi, quæ deſiderantur in Horatiana: *Soluitur acris hyems, &c.*

Deſcriptio caſtiſſimi, ac pulcherrimi iuuenis àb adoleſcente me tot abhinc annis effuſa (vt alia non pauca huius voluminis bipartiti carmina) nõ reijcitur àb iudicio ſolidioris ætatis. Hanc ſequitur floridam acutius Epigr. de ſtatua cerea elegantiſſima.

Sed àb humanis luſibus aſcendamus in Cælum Cælorum Deiparæ Virginis laudes diuinas canentes, quæ noſtro ore immundo ſublimiores à ſacratis Virginibus canantur.

*Canite, ò proles innuba matrem, &c.* Chorus hic contextus, dum concepta nubila peſtis, ac belli ſanguineos imbres Italiæ minitari videbantur Anno 1625. ſecatur in laudes, in preces.

Proximus ad diuina gradus eſt Philoſophia Moralis, quę humanos animos purgans, & excolens veluti Templa diuinitate non omninò indigna reddere conatur. Hinc non immeritò coniunguntur Poëmatio diuina celebranti Diſtica Moralia, quæ potiùs actionem, quàm explicationem amant nullis ferè difficultatum nodis implicita.

Se-

Digitized by Google

Secundi Poëmatum libri Principium à Principe auſpicatus fui hac Ode, quam Etruſca Paraphraſi nobilitauit Etruſcus Poëta nobilis tot Tragœd. & carminib. edendis,& editis Hieron. Bartholomæus.

*Flamma, quæ noſtras modò per medullas, &c.* cuius principium refert æſtrum Phœbæum, quò Poëta inflammatus rapitur ad canorum Parnaſſi montem mente diuini furoris conſcia. pag 42.

Hîc Magnum compellaui Laurentium Medicẽ, vt in Elogio Oratorio pag 63.ſecutus celebres ſcriptores, qui Laurentium MAGNVM cognominant; inter hos Iouius non ſemèl, Iac. Phil. Berg. lib. 14.dum agit de Piſana Vrbe, Gyraldus in Dialog. de Poët. Io. M. Toſcanus in Peplo, vbi Laurentium Magni cognomen meruiſſe affirmat, & Parentis literarum titulo honeſtatum à literatis, Boterus, qui lib.2 de Rat. ſtatus cap. de Principibus,qui magni, aut ſapientes ſunt appellati.

*Nella Caſa de Medici, doue è ſempre fiorita in vn modo ſingolare la prudenza di ſtato, ſono ſtati tre, che ſi hanno acquiſtato il ſopranome di Grande, Coſimo il vecchio, Lorenzo, e Coſimo G. Duca; Lorenzo perche di capo della Repubblica Fiorentina, ſi fece col ſuo valore arbitro delle coſe, e de Potentati d'Italia.*

Arbiter Italiæ compellatur àb Ammirato in fam. Soderina, à Gab Zinano in libro de ratione ſtatus.

Sed omiſſis longè plurimis ſcriptoribus, qui ſum-



Digitized by Google

mis Laurentium laudibus efferunt, referam honorificentiſſima verba. N. in lib.

Gaudeant ergo Bononia, Florentiaq; Appeninũ à ſupero, inferoq; Mari munientes, quarum altera latiſſimo Imperio, totius orbis commercio, artificijs, literis, & rerum nouarum inuentione clara, itaut in omnem ferè Orbem brachia porrexit. Bononia verò ſuis finibus contenta, ſtudiorum mater, vbertate ſoli, & varietate fructuum nulli ſecunda, Montibus, Collibus, campiſq; ornata, bellicę diſciplinę parens, itaut integrum Palladis Numen habuiſſe cernatur. Gaudeant inquam his duobus ciuibus clariſſimis, ac animo, & beneuolentia coniunctis ità, vt quilibet Ciuitatis ſuæ culmen poſſidens, diuerſo tamen calle incedens Principatum obtineat; & Bononia ſemper ſe debere Florentiæ fatebitur, cum ea Ciuem pepererit Ioannis Bentiuoli ſeruatorem; Nam Laurentius conſilio, ſapientia, auctoritate diuitijs, modeſtia paritèr, & amore Patriæ nulli ſecundus tantam adeptus eſt gloriam, vt maximi Reges, & à nobis remotiſſimi conſilium Laurentij, vt à Vate quoddam ſemper expectent.

Picus verò Mirandula mirandus ingenio diuino, atq; doctrina omnigena, quibus iuuenis ſenes ęui ſui doctiſſimos ſuperauit, Rhythmos Laurentij longè præfert ipſius Petrarcæ carminibus, & Poëmati Dantis;

pag.

pag. 43. *Ioannes inter hos fulget, &c.*

Huius Herois virtutem, & facinora glorioſa celebrarunt hiſtorici alijq; ſcriptores laudibus ſummis, maximèq; Iouius in Elogio luculentiſſimo, Marcus Guazzus in hiſtorijs rerum memorabilium; vbi MAGNVM appellat Ioan. hinc meritò cognométo Magni hunc inſigniui, dum texui Elog. Cabaliſt. quò pag. 22. breuiſſimè deſcribitur, aut delineatur tātus Heros, de quo memorabile tradit Varchius in hiſt. lib. x vbi hęc habet. *Tutti buona, anzi ottima gente, perche vi erano quaſi tutte le reliquie delle Bande nere del Sig. Giouanni, ed era coſa grande à dire, che niuno ſtette con quell'huomo ancorche per ragazzo, non che per paggio, ilquale non diueniſſe col tempo non ſolo Capitano, ma Capitano eccellentiſſimo.*

Ioanni defuncto bella Græcorum à Zenophonte ſcripta dicauit interpres Franciſcus Strozza cum titulo. *Alla glorioſa memoria dell'inuittiſſimo Sig. Giouanni de Medici, Principe, & lume della Militia. &c.*

Ioannis etiam facta extollit in Epiſtola nuncupatoria ad Aloyſium Ardinghellum Epiſcopum Foſſombruni in eundem librum.

Præterito Epigrāmmate gemino libri, calamum vocat. Deſcriptio riui amęniſſimi, quæ verſibus Anacreonticis contexta me hortatur, vt aliquid de Anacreonte adeò elegantis, & canori carminis authore ſcribam. Hic patria Teius, vini appetentior



Digitized by Google

elegantem, & conſonam vitæ mortem ſortitus eſt acino vuæ paſſæ ſuffocatus.

Ab Anacreonte barbiton inuentum fuiſſe tradunt, qui amatorias cantilenas cecinit ſuauiſſimè, ſed intemperanter ſectatus eſt luſus, Veneres Amores, qui peculiare videntur argumentum Poëtæ amœniſſimi merum mel, ac nectar effundentis. Sed breues humanæ deliciæ, quas horror fulminis, ac mortis comitatur in exitium humani generis inuentis fulminibus terrenis, an tartareis? de his velut indignans exclamat Vegetius:

*Tam fera, quis miſera necis inſtrumenta parauit fulmina, &c.*

Bellica inſtrumenta, bellumq; deformes parentes formoſam pariunt filiam Victoriam. Hanc Ferdinandi II. Cęſaris pietati debitam, atq; virtuti ſummæ Bauariæ Ducis, ſummi ducis exercitus Cęſarei puerilibus camœnis attigi, de qua, & de Militibus flumine obrutis Epigrammate ſuccedenti deſcriptis lege Fr. Franciſcum Longum Capuccinum in Breuiario Chronologico, vbi Maximiliani Ducis Bauariæ Epiſt. ad Paulum V. de Victoria, parta cuius fragmenta exſcribam.

Vngari multis iam eorum proſtratis, vt fuga ſe ſeruarent, in Moldao flumen ſe ſe pręcipitarunt tranaturi; ſed mille circiter in aquis interijſſe dicuntur, &c. Hodie quoq; Regni Bohemię Status, Comites,

Baro-

Digitized by Google

Barones,& Nobiles crimen publicè deprecati,mihi nomine Cęſaris nouum homagium pręſtiterunt,&c. Ita hoc anno ( Deo ſoli laus ) Auſtria ſuperior omnis Cęſari ſubiecta, inferior tranquilla, & àb hoſte liberata, complures Bohemiæ tàm Vrbes, quàm arces captæ : antè Pragam hoſtilis exercitus profligatus : Praga occupata, & Status Regni Bohemię in Imperatoris fidem, & obſequium redacti, &c. Pragę 12. Nouemb 1620.

Connectitur Pau. V. Reſp qui Maximilianum merito pręconio celebrat. Et ſanè Pietas, Virtus, Fides, & facinora pręclara tanti Ducis pręconium excellens viuentium, & poſterorum admirationem promerentur.

Tria Epigrammata de muſca ingenium exercuere argumento ſanè Poëtico; cum ſimilia, ſcilicèt de rebus minimis maximi tractarint Poëtæ non ſine laude: procùl, ò procùl eſte prophani, nimirum imperiti, àc proindè iniqui Poëtarum cẽſores, ſiuè obtrectatores; vos procùl eſſe iubent, & gemina de geminis auibus miliaribus Epigrammata.

*Cur alios tactas præſignia nomina?*

Poſtulare videtur hic locus, vt nomina primorum capitum referam, quę noſtrã Hermathenam inuiſerunt vidente me. Fuere Card. Med Epigrammate celebratus, huius frater princeps Laurentius vnà cum Carolo Lotharingio tunc Principe Vademon-

montis, nupèr cum Principe Io. Carolo Nepote è Coſmo II. M. D, fratre; M. Magdalena Archidux Auſtriaca ſoror Ferdinandi II Cęſaris, & è Ferdin. I. M. Duce genitę Maria, & Claudia, quę tunc Principem Vrbinatum, deindè Leopoldum Archiducem Auſtrię coniugem habuit.

Dux Ghiſię, filiuſq; Princeps Ianuillę,

Et ſuprà cæteros Pręſules, atq; Legatos.

Giliolus Nuncius.

Alph & Criqueius.

Orator extrà ordinem Regis Gallię ad ſummum Pontificem. De hac Hermathena ſcripſere nobiles Scriptores, ſed præcipuè Iul. Riccius in Prioriſta, & Scipio Ammiratus Hiſtoricus in Epiſtola narratiua, quam illuſtriſſimo capiti ſcriptam ſanè curioſam communicauit mihi Scipio Ammiratus iunior.

Et Franc. M Gualterottus Canonicus Florentinus in volumine Elogiorum hoc Elogio, & Sonecto.

*Niccolò Gaddi Senatore.*

NIccolò Gaddi Caualiere, e Senatore ſuperò l'inuidia, benche fuſſe virtuoſo, e di continuata felicità ſemi fecondiſſimi d'eſſa: fù per la nobiltà chiaro, per gli onori reputato, per la Virtù riuerito, e per l'ampie ricchezze di ſingolare venerazione. Non ſeppe viuere ſenza operare, ne ope-

operare ſenza lode, ò eſſere lodato ſenza merito; fù la grandezza dell'animo incomparabile, per la magnificenza grande, e per la liberalità ſtimatiſſimo: Nella Patria più d'ogni ſauio di ſtato fece riſplendere le ſue azzioni, ed alla Italia, e alle più remote parti d'Europa inſegnò la grandezza; fù nelle belle Arti non ſolo d'eſſe intendente, ma fautore grande de gli Artefici, de gli ſtudi amico, e de i Litterati fauoreuole protettore; i fauori di ſourano Principe furono effetti de i ſuoi meriti; e benche grandiſſimi fuſſero non li ſuperarono facendoſi conoſcere per l'altrui giouamento ſempre autore di nuoue grazie a' biſogneuoli. Seruiuaſi delle ricchezze per adunare coſe belle, dell'autorità per fauorire i meriteuoli; e del merito per ſollecitare i fauori dall'altrui grandezza; non era coſa veruna, ancorche nuoua, che l'apportaſſe marauiglia, e quanto erano le coſe più eccellenti più erano proportionate al ſuo animo, che non ſapeua appagarſi della mediocrità. Di tutte le coſe intendeua, e di tutte fauellaua, come artefice ſtato ne fuſſe. Se de gli antichi la rarità lodaua, riſerbaua a moderni il luogo della meritata lode. In Firenze non ſi faceuano Nozze, apparati, gioſtre, ò pompe reali, che da lui trattate non fuſſero, e l'altre per l'Italia ordinate vi haueua almeno parte il ſuo conſiglio. E ſe trà i Principi coſe grandi ſi ordinauano vi s'interponeua la ſua prudenza. Ne

i Ma-

Digitized by Google

i Magiſtrati la Giuſtizia l'accompagnaua ſempre, nella Corte la Verità, nelle riſoluzioni l'Integrità, e in tutti i luoghi la Pietà, e la Religione; la ſua autorità era lontana dall'ambizione, i fauori dalla ſuperbia, & gli onori dall'inuidia; non ſi ritiraua in tempo di biſogno dal ſuo Principe, nè fuori di tempo l'importunaua la ſua preſenza. Eſſendo mandato Oratore alli Duchi di Ferrara, e di Mantoua laſciò in quelle Corti con molta dignità accreditato il ſuo nome; agguagliando nella diligenza, nella bontà, e nella prudenza il Senatore Sinibaldo ſuo Padre allora che fù Oratore alla Santità del ſommo Pontefice Paolo Quarto. Reſe teſtimonianza della ſua Religione la Cappella, che in Santa Maria Nouella fabbricò in quei tempi degna del primo luogo; contraſegnò la ſua Magnificenza, che non ſapeua non dimoſtrarſi grande anco nelle Ville gareggiãdo nella ſua di Camerata con le reali; la ſua Galleria fù vn compendio di tutte l'eccellenze, hauendo in eſſa radunato antichità marauiglioſe, ſculture eccellenti, pitture notabili, diſegni rari, e libri nobiliſſimi; ſiche quaſi pare impoſſibile, che vn Gentilhuomo poſſa vnire tante coſe inſieme, che dariano difficoltà à vn Principe ſourano poſſeditore d'ampiſſimi teſori, nè può la ſola Galleria eſſere opera altro che di vn Caualiere, e Senatore Niccolò Gaddi. Queſta del continouo i foreſtieri,

Digitized by Google

ſtieri, che vanno vedendo le marauiglie d'Italia frà gl'Italici ſtupori per ſingulare annouerano: finalmente tutte le ſue opere furono di perfetta qualità, e degne non della mia penna, ma di quella del Sig. Iacopo Gaddi, per eſſere degnamente deſcritte; e certo, che à così grande huomo per la ſua felicità non mancò, che vna nobile figliolanza hauendo hauuto per moglie Emilia figliola del Senatore Lorenzo Ridolfi, nipote del Cardinale Ridolfi, e di Piero Strozzi il grande, con vna ſerie di chiariſſimi parenti, che non eſcludano i Rè; e perciò non è marauiglia ſe da perſone Illuſtriſſime fù arricchito di ſimile titolo, e direi che l'haueſſe hauuto come Sig. di Riano, ſe prima, e dopo non l'haueſſero hauuto altri della medeſima famiglia, laquale, come afferma il Varchi, ſino à tempo della Repubblica metteua tauola, come alcune altre famiglie, per nobiltà, per ricchezza, e per antichità Illuſtri; ma non ſi deuano ad vn ſolo tutte le coſe, perche ſi ricordi di eſſere mortale: mancando finalmente il Senatore Gaddi reſtò la ſua Patria piena di vn chiariſſimo ornamento; la Virtù di vn riuerito ſoſtegno; i Principi di vn ſoggetto riguardeuole, anco da maleuoli ſtimato, che hauerebbero voluto eſſere ornati delle ſue qualità, per eſſere partecipi della ſua fama, della quale è degnamẽte capace, che poſſiede gran parte dell'eredità delle ſue fortune, come la ſua gloria.

H Gad-

GAddi gli alti ſtupor de i maggior Regi
Il tuo merto ſublime inſieme aduna,
E ſerue all'opre tue quella Fortuna,
Che coſtante nemica è de gran pregi.
Tù riſchiari il valor, tù i fatti egregi
Allatti d'oro in generoſa cuna,
E ſolleuando altrui, moſtri queſt'vna
Via, che i lauri d'onor rende i ſua pregi.
Tù l'Arte illuſtri, e Mecenate all'opre
Scopri virtù, grandezza, eccelſo ingegno,
E magnanima altezza in ogni parte.
Da te ponno imparar come ſi adopre
Il Saggio, la Virtù, lo ſtudio, e l'Arte,
La Fama, il Tempo, la Prudenza, e il Regno.

Sequentia carmina diuerſi generis omitto, quippè non indiga explicationis, aut defenſionis; attingam Epigram. de Toloſatto Vberto Piſtorienſium duce ſummæ virtutis, & auctoritatis.

*Vberta Heroum*, ſcilicèt fœcunda Heroum, quorum præcipuos memoraui, huius in gentis Epigrammate hiſtorico, dùm Florentinas illuſtres, Monoſticis, & velut inſcriptionibus (hę Græco vocabulo Epigrammata compellantur) explico hiſtorica fide, ac breuitate ſumma.

Floridam paraphraſim Virgilianæ lectionis,

*Quid*

*Quid, &c.* comitatur florifer Zephyrus glaciali tempeſtate deuicta triumphans. In Victoris laudem enata Sylua eſt, qua deſcribitur Hyems à Vere victa, veluti dux, & regina crudelior, ideòq; armata ferocitèr.

De Cia Vbaldina, &c. *Salue ó bellatrix generoſa ſtirpis, &c.* De hac Heroina Elogium multis àb hinc annis Etruſcè ſcripſi, ſed non abſolui. De familia Vbaldina mentionem honorificam faciunt Scriptores pænè innumerabiles, è quibus Volaterranus grauis hiſtoricus non ſemèl, ſed præcipuè lib. 6. ca. 133. In hac parte multa ſunt oppida à Feretranis, Vbaldiniſq; poſſeſſa. Inter quæ Pergula, S. Angelus, vbi mercatus, Carda, Maſſa ; Guido filius pr. Vrbini Dux ; ante coniugium prolis cupidus Fredericum Bernardini Vbaldini filium infantem loco filij educauit ; Fredericus, ; deceſſit, relicto filio Guidone, qui nunc viuit, potentiæ, non fœlicitatis ſucceſſore ; de Vbaldinis, vndè genus ipſe Fredericus traxit, pauca dicam. Hi àb initio Ciues Florentini fuere, ac in agro Mugellano Caſtra plurima poſſedere: ſecutiq; Imperatoris Frederici Aenobarbi partes agrum Florentinorum quotidiè populabantur: quo extincto, gens àb ipſis ſublata, cum oppidis Montanaria, Accianico, Collereto, & quibuſdam alijs, ac Scarparia nunc appellata oppidum munitiſſimum excitatum. Clara in



Digitized by Google

primis militia domus, Ducibus Guidanto, Accio, Ioanne, Gaſpare, Bernardino Frederici patre, Octauiano etiam Cardinale, qui miſſus Legatus àb Innocentio IV. Neapolim, vt Mãfredo Regi reſiſteret re tamen infecta domum reuertit.

In laudem Io. Bapt. Strozzæ Poëtæ, &c. *O bellicoſa gentis, &c.*

Poëtam à Scriptoribus plurimis huius æui concelebratum celebraui olim hac Ode, nupèr Elogio Oratorio.

pag. 61. deme *Pindaricum* ſcribe *Ambroſium*.

Syluam ad fidicinen multis àb hinc annis protuli ingenio indulgens pubeſcenti, deindè vidi amara cum voluptate argumentum penè idem à Marino in Poemate maximè culpato, defenſoq; atq; laudato, & à Bettino in Rubeno, quorum laudo, atq; ſuſpicio ingenia, ingenioſè, ac ſplendidè tractatum. Id prætèr alias rationes, & hortamenta literatorũ me impulit àd editionem meorum operum maturandam: cum in illis, alijſq; Scriptoribus ſententias, & argumenta quædam legerim, vel eadem, vel ſimilia ijs, quæ anteà ſcripſeram.

Ad P. Thomam Antonellum. hic Florentiæ nunc profeſſor eſt Theologiæ.

*Dum caput auguſta, &c* In aula Cameratæ villæ ſubiratus herois ciuilis delineaui ſimulacrum heroico exprimendum Poemate, cui titulus Politus,

ſiuè

ſuè Reſp. ſeruata, cui inchoato actum eſt præclarè, dum (vti narro in Epigr. ad P. Vinc. Guiniſium nunc à ſecretis Societatis Ieſu) *Meus eſt liber caſu Politus*: addidi *Pallade nim. præſ. tutus eat*, nam finxi Palladē Sapientiæ numen, quæ ſignificat, vel adumbrat, Verbum diuinum Patris Sapientiam, ſapientis Herois præſidem, atque patronam, vt Æneæ Venerem.

*Plautus hic eſt*. Dicebantur Plauti, antea Ploti, qui planis pedibus erant, hinc Poëta Accius, *Plotus* primum, deindè Plautus eſt appellatus.

pag. 66. De ludis omiſſis *Nimirum cineres prohibent ludicra loquentes*. Hîc non cineres, quibus Chriſtiana ſparguntur capita, vt extinguatur ardor maleſanus, qui Bacchanalibus diebus bacchantes pænè, ac lymphatos agit plurimos, indicat Epigrāma; ſed cineres extincti rectoris, ideòq; ſubdit exclamans, & interrogans. *Quàm lingua valuit, eſt cui lingua Cinis*. Duo illi ſuccedentia omittens attingam illud, quo narratur nobile facinus canis matris canē filium àb inceſta Venere deterrentis; hoc mei viſum oculis corporis, alieni oculis animi ſpectandum fœlicitèr propoſui, liceat enìm de Epigrammate, quod mihi arridet, hoc aduerbio fœliciter vti.

Proximo Luſi de mure, quem minùs miror libri voracem, & cupidum literarum, cum ingenium videatur obtinuiſſe, amoremq; literarum literatorū

inge-

ingenioſiſſimo patrono ad Orbis vtriuſq; regimen euecto. Hunc præfatione numeris Elegiacis concinnata veneratus ſum.

*Dum ſuperus noſtrum Leonem, &c.* pro noſtro Leone Florentiæ inſigne Florentiam Vrbem intelligas.

*Æſtus non Phœbi, Solis at ille fuit.* Rectè diſtinguitur hîc Phœbi, ſcilicèt Poëtarum Numinis æſtus, qui poeticam venam alit, ab æſtu Solis, qui æſtiuo tempore ſæuiens exhaurit venas, & aquarum, & carminum.

*Vagus ignotis Sophiæ iactabar in vndis.*

Explicatur authoris tunc philoſophiæ tyronis fluctuatio intèr ambiguam opinionũ varietatem, quæ plerumq; incertæ, nulliſque demonſtrationibus firmatæ agitant ingenia dubia, & fluctuantia.

De fœmina quadam.

*Pudore Penelopen.* Intellige probro, quo in ſenſu legitur Ouid. Epiſt. 11. *Noſtrum vulgat clamore pudorem*; Neq; videatur indecora collatio impudicæ fœminæ cum Penelope, cum hæc Homero Ferrarienſi fuerit meretrix.

In ſuccedente Hendecaſyllabo *Hercules puer.* Nota eſt hiſtoria, ſiuè potiùs fabula, cum videatur mihi ridicula, & impoſſibilis, quæ tradit Herculem adhùc puerum, ſed corporis robore præſtantem Theſpitij filias numero quinquaginta vnica nocte

com-

compreſſiſſe, totidemq; liberos ſuſcepiſſe Theſpiadas appellatos. Iure igitur additur *O tenete riſum*, quia riſum excitat, & hiſtoria fabuloſa Herculis,& argumentum huius proſopopæię in iocum fictæ,quę tamen ſeriò,& ſplendidè labores Herculeos attollit.

*Poſt* deſcriptam poeticè *Poeſim* ſcribuntur hæc verba *Recenti tempora Pindaro*.

Chiabreram non temerè à me fuiſſe recentem Pindarum appellatum exiſtimabit quiſquis legerit (hîc omittenda ſunt alia Poemata) Cantiones non paucàs Chiabreræ, qui *Pindarum* ſüper auras aura ſpiritus inſuperabilis euectum ſectatur alati carminis altitudine, maieſtate ſententiarum, digreſſionum vbertate. Inter illas excellere mihi videntur geminæ Aſtorgium Baleonium, & Latinum Vrſinū, nobile par bellatorum lacrymantes, & quatuor,quibus totidem Heroes Io. Iacobus Triuultius, Alphonſus I. Eſtenſis, Ioannes Medices, Franciſcus M. Roboreus celebrantur.

Tamèn adeò ſublimis Poeta virtutibus cognata vitia non euitauit, ſcilicèt ſtyli aliquandò elatioris tumorem; frequentiſſimam inuocationem, & appellationem Phœbi, Muſarum, lyræ, aut cytharæ, quę vocabula plurimis in cantionibus vſurpat àd ſatietatem legentis.

Nimis progreditur in egrediendo Chiabrera, qui aliquandò caput reliquo corpore longius componit, ac mi-

ac minùs agit, de quibus agit, nimius in priſcis Heroibus, & Fabulis. Teſtes nunc appello Cantiones de Franciſco Gonzaga Mantuæ Marchione, deque Ducibus Henrico Dandulo Venetiarum, & Vrbini Roboreo ſuprà laudato. Hic cum nepote Franciſco II. Duce literatorum, ac literarum patrono glorioſiſſimo, duobuſq; Pontific. MM. Iul. II. & Sixto IV. veterẽ patriã Sauonam (hęc *clara Regni terra Liguſtici* iure appellatur in Ode) illuſtrauit Chriſtophoro Columbo admirabili Heroe præcellentẽ, quem extulit Elogio ampliſſimo Iouius, & Chiabrera ſublimi cantiuncula.

pag. 77. De cane luſitante luſi, ſed ludentem dicere verum Quis vetat?

At ſeriò ſcripſi de Ludouico XIII. ſcriptorum calamis digniſſimo *Ergone, &c.*

Epiſtola ſuccedit exoſa ſilentium amici

In qua deme ſilentij principium fini vocabuli quinti, verſus quarti, & quintum cum ſexto verſum pag. 79. ſic muta abiectis *honeſti, Hæc ad te noſter* ſubde *à d icti. Federis immemorẽ, &c. cãdidè* ponas vbi eſt *frater.* In eadem pro *expreſſit omnia* ſcribe *valuit fingere* . & ſequens Diſticon vti humile reicias *Nempè ſal. &c.*

Amicum, qui eſt aureus cordis fur, inſequitur fur aureæ catenæ, de quo luditur duplici ſenſu verbi *euolauit*,

De

De Marino extincto effuſa eſt lacrymoſa Sylua, quę poteſt appellari Nelinus, ſiuè Elinos, ſi conſulamus Gyraldum de poët. hiſt. Dial. 1.

Pag. 80. *Inclyta parthenope*. Huius laudes præcipuas attigi Oratorio Elogio Ferr. Caraphæ, atque Monoſtico hiſtorico inter Vrbes Italiæ Illuſtres, cui conſentit Epiſc. Campanus lib. 5. hiſt. Brachij, vbi hæc habet: *Nec Ciuitas eſt toto terrarum orbe: quæ tũ tam hoc tempore nobilitatis, & magnificentiæ habeat opinionem, &c.*

pag. 81. *Synceri vatis*. Fuit hic Iacobus Sanazarius Equeſtris, ſiuè Militaris Ordinis Neapolitani Poëta excellens, & illuſtris, quem elegantiſſimo celebrauit Elogio Iouius: celebrauit, & cenſor ſeuerus æquè, ac ingenioſus I. C. Scaliger cap. 1. lib. 6. poëtices his verbis: *Etenim ſi vnum modò Virgiliũ excipias (hic enim non ſolum humana ſuperauit ingenia, verum etiam ſeſe quaſi parem extulit naturæ) Palingenium, Aonium, Politianum, Cerratum, Vidam, Pontanũ, Sanazar. Fracaſtor. habes, quos cum cuiuis veterum compares; multis, ſed non ignobilibus anteponas.*

Hunc tamen, ſicut alios ſupra laudatos Poëtas, in multis damnat, cuius iudicium, ſiuè cenſuram ferè confirmo; excipias tamen caſtigationem, ac mutationem verſuum, *Excubat inſomnis, &c.* licèt demi fortè poſſet *Horrendum ſtimulante fame ſub nocte profunda*, vel excelſus verſus, dum fabuloſè de Cer-

bero agit more Poëtarum: quem ego omiſiſſem, vti alias fabulas Ethnicorũ, quas intemperanter adhibet in ſacro Poëmatio ſanè præcellenti parùm memor decori, ac veriſimilis. In hæc peccat dum, vel ignorata, vel potius neglecta breuitate, quæ ſumma ſummæ Maieſtati conuenit, Regem ſupremum Orbis alloquentem refert lib. I. *Eſt Vrbs, qua niueum inter, lateq; fluentem Iordanem, regio noſtris ſat cognita ſacris, Iudæam appellant, armiſq; et lege potentẽ, etc.* Nam Gabrieli erat cognita Iudæa Deo dilecta vnicè, diuiniſq; cumulata beneficijs, quæ minimè latebant Mentem adeò ſublimẽ, atq; perfectam: ideoq; ſuperuacaneus videtur verſus. *Nunc animũ huc aduertas, atq; hæc ſub pectore ſerua,* & etiam *Nubiuagos ſuper aera greſſus.*

Incidit forſitan in eundem ſcopulum longitudinis luxuriantis Eloquij, dum idem rerum omnium pater, Verbi naſcentis Præſepe deſcribit mentibus Beatis (velut hæ rudes, ignaræq; non perfectæ, ac maximè intellectionis eſſent) quibus indicare illud ſufficiebat.

*Ac primum duris ſummi ſub cautibus antri*
*Gramineos luſtrate thoros, luſtrate beatam*
*Pauperibus ſedem calamis, cunctiq; recentes*
*Summiſſi cunas accedite.*

Preteritis, quæ carpit Scaliger in limatiſſimo poëmate, attingam quædam in alijs carminibus mihi

non probatam, non vt detraham poetæ adeo excellenti, atq; præclaro, ſed vt eundem notam, quæ mihi à aliquo inuri facile poſſet, eo quod Marinum, cui plurima obijciuntur (nõ pauca huic merito poſſunt obijci, vt alibi ſignificaui, at mea hic tantum ſententia indicetur, In Italorum Poetarum nemine plura laudanda, pluraq; damnãda ſimul offendes) ſimilem, imo eundem cum Sanazario fecerim poetam multorum opinione limatiſſimo, atq; perfecto ſcribens.

*[illegible] alter eſt Marinus.*

Sanazarius igitur (vt omittam Epigrammata in Alexandrum, & Adrianum 6. & in Leonem Pontifices Maximos, quæ pietati, ac Religioni Catholicæ conſulens poterat omittere, cum hiſtoricè non ſcriberet) in lyricis carminibus habet nævos, & maculas quaſdam.

Primus verſus Hymni ad D. Nazarium.

*Nazari heu quis me tibi ad hanc ſupremi*, & ſequentes, *Debet, & ibi lux, Dum ſuit hic fors*, pulchritudinem huius Hymni cæterã elegantis, & nobilis infecit?

In Hymno *[illegible] ſurgens pariter, ualenſque, Sol [illegible]*, &c. audies verſus aliquot cadentes, vileſq; tam ſublimi vate indignos.

Formoſa Ode ad Mergellinam Villam deformem verſum non amat, *Nam ſimul tecte repetto, tu ſq;*, vbi non ſine riſu explodas te, te, to, tu coniunctas ſyllabas.

Nobilis Hymnus ad D. Nazarium *Diue, cui vastimetuenda, &c.* reſpuit hanc Strophē.

„ *Nos tibi hac grata ſcopulorum in vmbra.*
„ *Ritè paruis ędiculam columnis*
„ *Ponimus, nos perpetuo ſacramus.*

Primum verſum perficeres, ſi dempto monoſyllabo *Nos* prępponeres *hac tibi, &c.* alterum ſic emendarē, licèt mihi parum arrideat hęc emendatio, *Paruulam puro fabricamus ædem Marmore, ac fontis tibi ſacra plaudat, Vnda ſuſurro*, vel *Murmure lympha.*

In Hendecaſyllabo àd Ninam *Sexcentos Nina, &c.* ſanè candido, & eleganti expetens delicias Veneris nimis procaci elocutione laſciuit inſtar Catulli, quē improbè petulantē imitatur fælicitèr infælix. Huius tamen Epigrammata ferè omnia culta ſimul, & arguta præconio celebrarem non vulgari, quod Eclogæ piſcatoriæ (harum inuentor ipſe Sanazarius) & Elegiæ complures promerentur.

De Vere redeunte Chorus Nympharum àb Alexandro Adimario nobili poëta ob tot poematia edenda, & edita, nupèr Etruſca verſione nobilitatus, non explicationem, at ſaltationem Nympharum, & cantum ſuauiſſimū videtur expoſcere, ſiquidem opus amœniorum Muſarum muſicum concentum amat, vtinam antiqui Muſici viuerent ad hunc, & ad Chorum Deiparæ Virgini ſacrum verè muſicis modis efferendum.

Exis

Digitized by Google

*Exit alite nauis alma fauſto, &c.*

Hoc eſt Propempticon (in cuius decimo verſu ſcribe *Amata vela complens.*) quo Franc. Card. Barber. *Purpurei iubar Senatus, &c.* Vrb. à Latere Legatũ ad Reges pacificãdos optimis votis ꝓſequutus fui.

*Tergemini mundi*, Duo verba diuerſas Allegorias continent, quibus duplicitèr ſignificaui hominem Platonicè ſumptum.

Primo modo hominem incorporeum, ſcilicèt animam, quæ Tergeminus Mundus appellari poteſt, ſi conſulamus Magnum Ficinum, qui Eneadis 6. c. 8. lib. 9. in Plotinum hæc habet.

*In Anima verò vltrà centrum* intellige vnitatem ſuam, *circum ſunt tres orbes Intellectus, Ratio, Imaginatio. Centrum quidem ſemper copulatum eſt cum Vniuerſi Centro (intelligas cum Deo, qui eſt tanquam indiuiduum, & immobile Centrum Vniuerſi) Intellectualis Orbis perpetuò reuoluitur circa idem; Orbis autem rationalis, atq; imaginalis aliquandò circà Centrum ſuũ, atq; Diuinum voluitur, aliquandò quaſi frangitur, & per obliquum declinat ad alia. Intereà dum ſimilem brutis vitam agimus ratione àd Deũ non conuerſi, intellectu ſaltem clàm reuoluimur circà Deum.*

Altero modo ſignificatus eſt homo vniuerſus, qui ex ſententia Platonicorum conſtat ex Mente, Corpore, & Spiritu quodam, qui eſt Medium, & vinculum corporis, & mentis, vti teſtatur idem Ficinus

ex

Digitized by Google

ex cuius operibus planè doctiſſimis, ac eloquentibus non paucos in libros de occulta Philoſophia tranſtulit Henr. Agrippa, qui vanitate, ac ſuperſtitione in tolerandā omnigenam infecit eruditionem: viroſa pocula malè ſanis intellectui propinans. Sed hunc [illegible] cretioris [illegible] ſcriptorem ſuo Cacodemoni torquendum relinquamus, & de Ficino verè philoſopho, atque Theologo quædam attingamus. [illegible] quid [illegible] mis, [illegible] in Elogio Ficini [illegible] neceſſariò [illegible] maximè quæ verba hæc, ſupremæ Regi Galliarum indecora, [illegible]

*[illegible]*

Omitto hos ingenij præcipuos libros, [illegible] libros, quos Marſilius Marte ſuo ſcriptos edidit, octo ſupra decem De Immortalitate animorum, immortale opus, atque diuinum, De Religione Chriſtiana, de Sole, de Lumine, de Voluptate. Conciones ſacras, Epidemiarum Antidotum. Epiſtolarum libros [illegible] doctiſſima omnigenæ ſcientiæ, ac eruditionis ſupellectile refertos, in quibus Apologi nonnulli [illegible], & eruditi. Apologias, Orationes varias. Phiſiognomiam, [illegible] Opuſcula docta. Hæc omnia longè maiorem (ni fallor) laudem [illegible]

 pro-

promerentur, quàm verſiones Græcorum à M. Iouio celebratę: in his enim Ficinus interpres vtitur ingenio alieno, in illis ſuo; [illegible] familiaris eſt, fortaſſe ſua videtur architectantis, aut creantis ingenij.

Omitto argumenta, & Commentaria in diuinum Platonem, & Dionyſium Areopagitam (quem [illegible] diuinumq; appellat Picus in proœmio libelli de Ente & uno) cuius & nomen, & opera Dionyſij diuina videntur, in D. Pauli gentium Doctoris Epiſtolis: in Mercurium Triſmegiſtum, & Aſclepium: in 54. libros Plotini opus, quod appellare licet, vel argumentum doctiſſimum, vel maximi iudicij ac roboris compendium, quod vniuerſam tam ſublimis, & acuti philoſophi philoſophiam complectitur.

Prætereo Porphyrium, qui propter excellentiam philoſophus appellatur inter Platonicos, Proclum, Athenagoram, Alcinoum, Xenocratem, & Speuſippum, quos è Græco tranſtulit. Tranſtulit, & adoleſcens ad verbum Argonautica, & Hymnos Orphei antiquum Citharæ ſonum, eandemq; ſuauitatem ſtudens, & Homeri, & Proculi, Theologiam, quæ Heſiodi. Commentariolos in Lucretium, adhuc puer compoſuit, quos poſtea (vt Plato Tragœdias, Elegiasque) Vulcano dedit, vt ipſe teſtatur Epiſt. lib. 1. cuius Lemma [illegible]

*[illegible]*

mina

*mina. M. Ficinus Florentinus Martino Vranio amico. S. D.*

Allegorica explicatio Deſcriptionis.

*Fons micat, &c.* Deſcribitur Hortus in medio ædis media in Vrbe à Polito Principe adornatæ. Ædes ſignificat principem bonum, quem Politus ornare dicitur, dum ſe principem iuſtum format. Eſt in medio Vrbis, quia princeps reſidere, ac regnare debet in medio Ciuitatis òb multa nomina, tùm quòd medium ſit honeſtior, ac tutior locus, tùm ne videatur parti deditus in alterutram pendere, cum ob facilius opem, vireſq; ſuggerendas cunctis, vti cor in medio collocatur animantis, vt ſanguinem, caloremq; membris impertiatur, debet eſſe princeps per ædem regiã ſignificatus in medio, ſcilicèt corde Ciuitatis, cum amatus òb virtutem, ac merita in omnium cordibus ſculptus amoris cælo ſpiritum ducat, minimè periturum, cor ipſe Ciuitatis.

Hortus verò in medio Ædis eſt cor principis.

Fons, qui perpetuùm irrigat, alitq; flores, herbaſq; eſt vena bonorum è principe emicans: Flores ſunt virtutes, herbæ verò artes, quibus pollere debet princeps, quibus vti. At omnes hærbæ ſalubres hîc eſſe dicuntur remotis perniciofis, quia nimirũ princeps tantùm ſalubres exercere debet artes Tirannorum iniquitatem, atq; ſæuitiam exoſus, qui malis artibus malè partum imperium tueri conantur,



Digitized by Google

tur, irritò ſepæ conatu, dum bonos, atq; præſtantes Ciues veneno, dapibuſq; feralibus occidunt. Scilicèt herbarum illud venenum occiduis Ciuibus propinatum in Tyranni exitium ſpumat huius cruorem inficere tentans.

*Pro Roſa* intelligatur Charitas, quæ dicitur explicare *pompas purpureas* eoquod ſit regina virtutum, vel ſumatur Theologica, vel ciuilis, quæ patriam, parentes, filios, regnum complectitur.

*Lilia virgineis niuibus velata* ſignificant candorē niualem puræ mentis, & corporis honeſti.

*Prælonga Papauera* deſignant longā animi quietem, dulcem ad ſoporem inuitat à ſimilitudine aliqua proprietatis papaueri ſoporiferi.

*Agricola Zephiro* hic eſt Spiritus diuinus, qui principis virtutes, bonaſq; artes nutrit, ac protegit *patrijs alis*, ſcilicèt amore, & prouidentia paterna, quibus Deus pater principem iuſtum, veluti filium complectitur; hìnc in ſacris monumentis, *Sub vmbra alarum tuarum protege nos*.

*Dicitur veris genitor*, quia præcipuè ſator, & ſeruator veris, nimirum temporis floridi, ac beati, eſt Spiritus diuinus *Orbis arbiter placidiſſimus, aſſiduique innutrit veris bonores*, quippè qui alit, ſeruatq; perpetuum ver virtutum, bonārumq; artium in principe optimo continentèr vernantium. Sylua pubeſcens perpetuùm frondens in arcano receſſu ſurgit

vmbroſa, ac deſignatur prudentia architectonica; quæ in principe perpetua debet virere, & multiplex; quia diuiditur in multa, variaq; conſilia; eſt vmbroſa, latetq; in penetrale cordis, quia non debet à plebeis, imperitis, hoſtibus penetrari, & horrorem quendam, ac reuerentiam apud populum ſibi conciliat ipſa obſcuritate: Non omnibus euulganda ſunt arcana.

Dicitur *paterè Soli* duplici allegoria, ſi enim intelligatur ſol pro Deo O.M. ſignificabitur prænium eſſe prudentię diuinam lucem, quę dirigat, & illuſtret conſilia, & operationes principis, vt enim ſol viſibilis, oculus eſt Mundi huius, ità Sol inuiſibilis, eſt oculus Mundi melioris, videlicet optimi principis, & ſicut oculus corporis dux, ſic Deus prudentiæ famulanti dux, à quo debet omne conſiliũ emanare, in quem refundi.

Poteſt alitèr intelligi Sol pro amore honeſti, & boni publici non longè diuerſo ſenſu.

In obitum Philippi III. verè Catholici Regis Hyſpaniarum, &c.

*Vult ſibi certatim, &c.* Certamen amabile terræ, Cæliquę de Phil. non temerè finxi, cum tanti Regis potentiam per tot Inſulas, & Regna diffuſam ſociauerit probitas in Cælum attollenda.

Expla-

*Explanatio Allegorica Odæ*. Nunc, &c.

*Calcat ima terræ inuida*, ſcilicèt iacentem conditionem, & ſordes corporis, ſiuè vt proprius loquar, materiæ, quæ dicitur inuida, quia deprimit animũ, impeditq; ne ad ſublimia tendat; ne dum perueniat. Hæc appellatur à Græcis ὕλη hoc eſt ſylua plena errorum, & malignitatis, à qua, velut à radice germinant errores, & ignorantia, quæ Mater vitiorum eſt. Hinc ſapientèr cecinit more ſuo Boetius, *Fælix qui potuit grauis terræ rumpere vincula*.

*Arceſq; cognatas*. intellige virtutes, ſeù attributa, vt loquuntur Theologi, numinis, quæ dicuntur cognatæ, quia coeternæ, nàm quicquid eſt in Deo, æternum eſt, vt Deus ipſe, qui dicitur parens, quia àb hoc, à quo omne datum optimum; & omne donũ perfectum; prouenit vera, ſcilicèt caſta, & ſacra Poëſis, quæ diuina eſt, & diuinos inter furores in Ione refertur à diuino Philoſopho, *Elyſioſq; Campos* Nimirum Cælum allegoricè ſignificatum, & tali nomine indicatũ à Platone, ſi rectè memini, licèt etiã ſenſu literario poſſet rectè intelligi, ſcilicèt poëſim, Cælum ſupremum, & campos Elyſios ſub terra poſitos attingere amplitudine ſua.

Pro *Fluentis nectaris* intellige fælicitatis fluuios placidiſſimos è fonte illo inexhauſto Deo promanantes, & in eundem reflexo gurgite redeuntes.

E quibus *bibit* poëſis *conſors* Dei *Patris*; ſcilicèt

ſui Genitoris, *&* *æmula* eiuſdem fabricat, & informat Idæas Heroum, nimirum exemplaria virorum perfectorum, & quaſi ſuprà conditionem humanã conſtitutorum.

*Has formas tegunt carminibus fabuloſis*, ideſt numeroſis fabularum figmentis inuoluunt àd maiorẽ legentium voluptatem, & admirationem Poëtę veri *alumni*, *ſcilicèt ætheris*, quibus igneus eſt vigor, & cœleſtis origo; *&* architecti *ſupremę virtutis*, è qua fælicitas humana profluit, *beatos* efficiunt, quos *carmine* celebrantes perfectiſſimos exprimunt. Hoc probatur exemplo Æneæ, quo nomine ſignificatur vir excellens ad veram ſapientiam comparandam excitatus, qui animo ſublimis, cremato Ilio, nimirum domicilio obſcenæ voluptatis fortem ſe pręſtans aggrediendo, & patiendo difficilia, *per mille pericula*, *centum per errores*, quibus aliquandò actus inter fluctus, ac procellas *æquoris*, ſcilicèt vitę ciuilis, quæ tempeſtatibus ferè continentèr agitatur, vel inſtantiũ vitiorum, vel imminentiũ errorum recto curſu deflectebat, potitur tandem *ora Italiæ fugientis*, ſcilicèt ſapientiæ, quę fugiens qnodam modo videbatur illi priùs, cum opinione longiùs diſiuncta foret, ac difficilior comparatu.

Additur exemplum Dantis, quo nomine intelligatur Chriſtianus animus optimus, qui rectè appellatur *gloria Thuſciæ*, ſcilicèt Religionis *parentis*

(nam

(nam Thuſcia Religioni ſemper fuit in primis addicta, vt veteresq; ac recentes Scriptores aſſerunt) quę vera mater eſt animi, quem parit, ac parturit ad Deum, ad ęternam vitam.

*Cætus laurigeri*, ſcilicèt animorum ſui victorum, ob quam victoriam omnium pręſtantiſſimam teſtimonio ſapientum lauro coronantur cęleſti, ſcilicèt laureola, quę triplex eſt, alia enim Virginibus, alia Martyribus, alia Doctoribus ſanctis à benificentiſſimo Deo donatur in Cęlo.

*Sublimis ales* (vt ommittatur in ſenſu literario alluſio cognominis) dicitur, quia habet geminam alam aſſignatam à Platonicis, quibus armatus volitat *per orbem famulum*, quippè animus Sapientis eſt dominus orbis, ſtulti autem, ac vitioſi animus famulus eſt. Pro orbe famulo rectè intelligetur rerum vilium multitudo, ſiuè vniuerſitas.

*Calcans mœnia Iouis tertij*, ſcilicèt Cacodęmonis, qui rector tenebrarum eſt, ac mundi Inferni, qui horrendus cæca caligine, & flammis vltricibus ſignificat vitium; hoc Dantes calcat, dum huius naturam maximè deformem contemplatur, vt hanc exoſus fugiat libentius, atq; facilius.

*Purgantis Regni per ignes*, ſ. per virtutis purgatiuæ operationes, quę ignes dicuntur, quia vrunt germina, & radices vitiorum.

*Ad ſuperas Arces*, ſcilicèt ad virtutes ſupremas, & exem-

exemplares, quę in mente diuina regnant, ad quas contemplandas remeat (nam vt Platonici dicunt) animus noſter è Cęlo delapſus in corpus velut in carcerem infernum incluſus erat, & (quod Theologi non negabunt) à Deo creatus ab hoc quodammodo deſcenderat in corpus, licèt propriè non deſcenderit, quæ ab ipſo Deo, qui extrà locum adeſt omni loco, manans adeſt corpori (vt ità dixerim cũ Fic. lib. 18. c. 4. Th. Plat.) ſicut à Solis lumine radius oculo.

Et hi ſunt (ni fallor) tres ſtatus animi noſtri, vel coniuncti cum corpore, de quibus Dantes ſcripſit, ſcilicèt cũ animus in ſe reflexus, & diuina gratia illuminante illuſtratus conſiderat vitij turpitudinem infęlicem, quę cognitio eſt primus.

Secũdus eſt, cum purgat ſe ſe à vitijs, & dicitur purgatiuus. Tertius cum diuina contemplatur Deo coniunctus per ſtabilem actum, & dicitur contemplatiuus, qui non niſi in altera vita perfici poteſt, & abſolui, vt docent Theologi Chriſtiani, & innuunt Philopſophi principes.

Dantem hìc agens Poëtã, & Oratorem in Elogio Com. Guidibaldi Bonarelli, celebraui, non immeritò; neq; obijciat mihi quis cenſorio ſupercilio grauis, & horridus, multa obijci iure poëmati Dantis, quod neq; Epicum, neq; Comicum videtur appellandum, cùm promiſcuè repreſentet, & narret ali-

aliquandò, nec argumentum, neq; perſonas ſimpliciter Epicas, aut Comicas elegerit; ſed potiùs diuina fabula, vt àb alijs fabulis diſtinguatur, quę tamē habet affinitatem quandam cum latinorum prętextatis fabulis; aut poëma ſine alio adiuncto. Compertum quippè mihi eſt, corpus hoc poëticum Dantis, quod maiorem laudationem, maioremque ſimùl vituperationem tulit; quàm Etruſcum quodlibet, compluribus maculis inquinari, quę à Scriptoribus oculatis, & eruditis oſtenduntur oculis nimię affectionis nube non obumbratis; ego tamèn nonnullas proponam notas olìm à me perſpectas, ſcilicèt humilitatem aliquando plebeiam, & ſordidam ſtyli; diſſociabilem diuinę veritatis, & fabuloſę vanitatis ſocietatem; mixtionem latinarum vocum, & verſuum in Etruſcis, quę redolet non rarò pędagogum authorem, non Poëtam, qui Diuinus paſſim compelletur; immodicum deniq; ardorem diſceptandi more cucullatorum in ſcholis, quorum modos, & vocabula intemperantèr adhibet, vel cupidior ſcientiæ oſtentator, vel oblitus perſonæ, quā gerit, nimirum poëtæ, in quo doctrinam laudo, & admiror allegoricis velatam inuolucris, & poëticæ floribus eloquentiæ coronatam: Hęc non rarò regnat in Dante, hanc celebraui, aliaq; verè digna præconio, qui nunc ſyncerè, liberèq; damnanda in eodem attigi omnis expers odij, ac liuoris, qui

Dan-

Dantis ingenium ſine controuerſia maximum amo, atq; admiror, & maioris facio, quàm regna maxima, ideòq; apponam Epigramma, quod olim texui.

*De Dante Poeta diuino.*

ETruſcæ micat arbiter Camenæ
Dantes Heſperiæ parentis aſtrum,
Dantes Vrbis Apollo, qui Poëtas,
Et Græcos ſimùl, & ſimùl Latinos
Vicit ingenio, peritiaque.

*Solis ab oppoſiti, &c.*

Iris deſcripta poeticè præceſſit So lem Chriſtiani Cæli, ſcilicèt Summ. Pontif. Vrbanum, quem cęleſtia Sceptra cęleſti Plectro maritantem cecini Ode *Phœbe nutricem, &c.* quam Hetruſca paraphraſi clarauit Hieronymus Bartholomæus.

Hęc pręcipuas meo iudicio Odas tãti Vatis canit, intèr quas de ſupremi honoris ſolio certare videtur illa, qua celebrat D. Ludouicum Galliæ Regem, quem apertè ſignificans ad viuũ expreſſi præſertìm his verbis *Inſeruitque Cælo vnica virtus regnantem verendum*, nec temerè poſitum fuit Epitheton *Vnica* quandoquidem virtutis humanæ faſtigium ſupergreſſa Virtus Chriſtiana Cęlo digna, diui-

uiniſq; honoribus vix vni, aut alteri Regum quouis ſæculo data videatur.

Adde abſolutiſſimam, & mirabilem Odem pace parta, ad Cardinalem Aldobrandinum, *Mentis verendum, &c.* quæ cum alijs carminibus egregijs Barberini, aliorumque Academicorum Inſenſatorum edita quondam fuit.

Adde pulcherrimum, ac eruditiſſimum carmen, quo Laur. Magalottum, tunc V. Sig. Refer. nunc Cardinalem, & Epiſc. Ferrariæ ruſticatum inuitat.

Longum eſſet, ac ſuperuacaneum recenſere Scriptorum encomia de Vrbani poëmatibus, quæ cultiori Hyſpanorum lingua vario carminum genere abſoluit propediem edenda Gabriel de Corral, vti teſtatur Allatius in Apibus Vrbanis, qui Græcam reddidit Odem longè nobiliſſimam àd virtutẽ exhortatoriam Franciſco Caroli fratris filio ſcriptam.

Ego verò encomijs omiſſis nudè, ſimpliciterque pronuncio à Barberino ſuperatos Florentinos omnes, qui Lyrica Poëmata latinè ſcripſerant. Neque id videatur paruum, aut humile Elogium; Nam VATVM PATER ARNVS, (hæc in Ode in laudem Vrbani non temerè poſui verba) permultos, & egregios Poëtas educauit, intèr quos quà viuentes, quà extincti decem (ſi credamus Catalogo Scriptorum Florentinorum, alijſq; monumentis eruditorum) Laurea corona inſigniti fuerunt; Ro

mæ Petrarca. Franc. Serpetraccholi: hunc tamen dicerem (vt veritati magìs, quàm Patriæ conſulam) eundem eſſe cum Petrarca, & facilè in errorem venia digniſſimum incidiſſe authorem Cathalogi òb varietatem quandam nominis patrij, qui benè non perpendit M. Villanum, cuius Chronicæ vetuſtum exemplum m. ſ. vidi in Bibl. Guidi Riccij I. C. ac Patritij Flor. magnæ probitatis, ac doctrinæ.

Et Claudianus ex Florentino mercatore Canopi genitus, vti teſtantur præter alios Collucius, Landinus, Phil. Villanus in Vita Claudiani.

Venetijs Franciſcus Landinus à Cypri Rege, & à Duce Veneto; qui floruit an. 1380. circitèr.

Mediolani Bernardus Belincionius à Ludouico Sfortia Duce maximè prudenti opibus decoratus.

Piſis Zenobius Strata, de quo lege Notam pr. in Elogium hiſtoricum Nicolai Acciaioli.

Florentiæ verò Dantes poſt duo pænè ſæcula Patriæ reſtitutus, & Coronatus in S. Io Bapt. æde, vti M. Fic. teſtatur ornatiſſimo Elogio, ſiuè Adlocutione, ac ipſemet Dãtes diuinaſſe quodãmodo videtur.

Bonifacius, ſeù Facius Vbertus, qui ſupra alia carmina Dictamundum Hetruſcè concinnauit opus ingens, quod ſibi vendicant amabili diſſidio certantes poëſis, Hiſtoria, Geographia.

De huius Laurea poſſet quis dubitare cum Veronæ obierit teſte Phil. Vill. in vita, ſed, vti Danti,

Fa-

Digitized by Google

Facio potuit euenire, vt multos poſt annos coronaretur Florent. vtcumq; ſit, Catal. fidem neq; addo, neq; adimo rem in medio relinquens.

Carolus Marſuppinus origine Aretinus, Reipub. à ſecretis, doctrina, & eloquio multiplici conſpectus, vita functus in ædibus S. Crucis decreto publico Laurum Apollineam, & prænobile ſepulcrum conſecutus, quem Politianus, Bindaccius Ricaſolanus, & Antonius Calderinus celebrarunt.

Colluccius Salutatus, qui Summorum Pontificum, & Reipublicę Florentinę à Secretis adeò excelluit eloquentia, doctrinaq; vt nobiliſſima Hiſtoricorum Elogia obtinuerit, ac Io. Galeacio Duci formidando formidinem quodammodo incuſſiſſe viſus fuerit, cum is aſſerere coactus ſit plus ſibi obeſſe Colluciȷ calamũ, quàm Florent. Equitũ triginta Cohortes, vti teſtatur lib. 2. Com. Piȷ II. de quo hęc habet. S. Anton par. 3. Hiſt. tit. 22. cap. 4.

Anno D 1406. Dominus Coluccius migrauit
,, ad Dominũ: qui fuerat Cãcellarius cõmunit. per
,, XXX. annos Vir iuſtus, & rectus magnę ſcientię,
,, & eloquentię: precipuè in dictandis epiſtolis:
,, & maximè pro communitate, & magnæ efficaciæ
,, ad flectendum: libros aliquos edidit poëticos; &
,, ex liberatione Magiſtratus fuit coronatus Lau-
,, rea: mortuus vt poëta. ſepultus honorificè in
,, Eccleſia Maiori.



Digitized by Google

Horum præſtantiam æmulati ſunt, vel aſſequuti nónunquã, licèt Apollinea Daphnide potiti nõ ſint.

Guido Caualcantius

Boccaccius

M. Palmerius, qui poema ad imitationem Dantis contexuit,

Gabriel Landinus, qui non ſine ſpiritu heroicè aggreſſus eſt Piſanum Bellum, & Odas in Diuorum laudem, cuius patruelis Chriſtophorus (vt alia carmina omittam) ob vnicam Elegiam in obitu Mic. Verini ſanè eruditiſſimam, & elegantiſſimam Poëtæ nomen mereretur.

Leonardus Datus Leonardi Theologi nepos, nobilis poeta venuſtiſſimos Elegos, & grauiſſimas Tragœdias ſcripſit.

Peregrinus Allius, qui iuuenis diſertiſſimus Odas, & Orationes fabricatus eſt.

Naldus Naldius.

Vgolinus Verinius præſtantia ſtili, & charitate in patriam, quam verſibus illuſtrauit, amore digniſſimus, & laudatione.

Et huius Filius Michael, cuius adoleſcentis doctrina mirabilis, vti virginalis pudor ſingulare præconium eſt conſecuta; cuius Epiſtolas cãdidiſſimas, & abſolutas in libello Bibliot. Gaddiæ m. ſcrip. leges, cuius carmina à ſeueriſſimo cenſore poetarum mirè celebrantur in Hypercritico his verbis, *Circumferuntur*

*tur Mich. Verini adoleſcentis quædam carmina maturo digna viro: quibus ob illius probitatem, ob ipſorum grauitatem non ſolum à me nulla caſtigatio, ſed etiam ab omnibus Poetis debetur ſumma laus.*

Angelus Politianus (ſi hunc Florentinum (vt Gyraldus in Dial de Poët.) compellemus) excellens Poëta Græcus, Latinus, Thuſcus.

Et Pontifex Leo X. qui & ipſe inter poëtas annumerari poteſt.

Petrus Crinitus, cuius Lyricis adſunt dulcedo, & facilitas numerorum, nec deſideratur ſententiarũ, & ſtili nobilitas. Pleraq; mihi arrident; vnam tamen de Horatij poëmatis Odem nominaſſe ſufficiat, quę videtur Crinito reddere obnoxium Horatium, qui vt cæteri poëtæ Latini, debet Crinito ob vitas elegantèr, eruditèq; perſcriptas, quæ ſanè vitis multorum ſæculorum dignæ ſunt, vti vigintiquinq; de Honeſta diſciplina libri eruditione, ac varietate peramęna referti.

Paulus Roſſius Eques Hieroſolymitanus, Hiſtoricus, & verſificator, qui Phyſicam Ariſtotelis, & Dauidis Pſalmos verſibus expreſſit.

Andræas Dactius, de quo illud mirum teſte Gyraldo in Dial. de Poët. quòd ſenex, & Cæcus publicè Græcas literas profeſſus ſit.

Franc. Bernius Canonicus Florent. Poeta perfacetus, argutus, & mordax non ſine ſalibus.

Præte-

Prӕtereà Alammanij, Albitij, Martelli, Medicei, Oricellarij, Pulcij, Renuccini, Saluiati, Segnij, Strozzӕ, alijq; quorum non paucos, aùt Iouius, aut Bocchius in Elogijs, aut Toſcanus in Peplo Italicӕ, aut in Annalibus alij nobilitarunt. Demùm Flammetta Soderina Thuſca Syren, Laurentia Strozza Latina Vrania, Magdalena Saluetta Acciaiola Calliope Florentina.

Sed micat intèr omnes non laureatos Ioan. Caſa (vt viuentes omittam) cuius poeſim latinam ſi maculis nõ paucis aſperſam oſtendero, faciliùs euincam, & demonſtrabo, quod aſſerui, nimirũ à Barberino ſuperatos fuiſſe omnes Florentinos, qui Latinè carmina Lyrica ſcripſerant.

Pauciora extant Caſӕ, quam Barberini carmina, non pauca tamen habet ille, quӕ Criticus improbaret damnans non raro numeros minimè numeroſos, & poëſim minimè poëticam, cui nimirùm deſit poërica vena liberalitèr fluens, atq; germana dulcedo, & lepor. Audiamus hos verſus.

,, *Prompſiſſe aurum acuens illo hebetes vti,*
,, *Tu dulcem es Latij copiam adeptus, & &c.*

In quibus, alijſq; Ode prӕnobilis dè Vbaldino Bandinello, vt in cӕteris ferè Odis frequentiores offendas Synalephes, & Ecthlipſes, quӕ te offendent, vt offendit me parumper verſus,

,, *Artem; quo mihi nunc, & patria occidis.*

In

In Ode àd Hannibalem Oricellarium nepotem ſanè digna philoſopho ſi prætereas, *Cum turgidulas tegens Nulla veſte papillas Molli illum recipit ſinu*, ſeptem *e* ferè cõiunctas non probo ,, *fuge linguæ, & teneras, neq;* ſi ſcribas *ac* pro & verſus erit tolerabilior: connexionem trium *t*, & quatuor *c* auris non facilè admittet & *te te excutias*, & in priori verſu *na ni* hoc monoſyllabon, vt alia in medio aliorum verſuum mihi non arridet, aliquandò tamen arte poſitum non damnarem, hîc videtur damnandum, vbi tot Monoſyllaba ,, *Fraus affinxerit*, & *cum tibi non tua* ſicut in carmine pulcherrimo ad fortunam

,, *Succeſſu, & ruere hanc ſic temerè àd ſuum*

licèt durities hîc poſſet forſitan tolerari, aut excuſari. Non excuſarem *tum tu titu* coniuncta. Non probarem in Ode àd Faernum elegantiſs. trium *c*, triumq; ſpondæorum coniunctionem duriuſculam.

*Illic cum cano pru. &c* quæ tolletur tollendo *cano* ſcribendo *niueo*, quod epitheton magis poëticum erit, ac numeroſius.

Ode de Franciſco Turnonio Cardinali cenſura maior, laudatione dignior videtur, quam inuentio, ſententia, magnificentia, & ſpiritus planè poëticus nobilitant, ideòq; diſſolutum verſum, qui mihi nõ placet, prætereo *Caſtæ ducere te ad veſtibulum*.

Magnas etiam laudes mereretur illa, cui titulus de Margarita Regis Gallorum ſorore, niſi de viragi-

ne

ne maxima minima pars fuerit ſcripta, licèt author ipſe aſſerat

*.... mihi candida Mandanda virgo eſt regia paginæ Farneſio iubente, &c.* & frequentiora monoſyllaba, quæ hunc maximè verſum corrumpunt. Immunda, ſed mox polluit me, &c.

Non vulgari ornanda pręconio eſt Ode In mortem Horatij Farneſij, cuius minima quædam mutarem, vel eòquod minima, non mutarem.

Scripſit, & alia carmina laude digna, digniſſimus ob Etruſca poëmatia, òb vtriuſq; linguæ monumenta ſolutæ Orationis, Elogio multiplici.

Hinc quæſitã meritis ſumens ſuperbiã, inter alia hæc de ſemetipſo cecinit in Iambicis àd Germanos.

,, *Quid? clariorem habere quod me neminem.*
,, *Si diſſitat flos patria vrbium mea.*

Hac verò ætate fulgebat Petrus Victorius, Bartholomæus Caualcantius, Franciſcus Guicciardinus, Aloyſius Alamannus, Benedictus Varchius, Io. Baptiſta Adrianus, & P. Angelus Bargæus, ſi hunc Florentinis inſeramus literatis.

Radiabat martiali fulgore (vt omittam Diuinum Michaelem Angelum Bonarotam ingenioſarum artium nomine celeberrimum) Petrus, ac Leo Strozza, & Bernardus Saluiatus Ioan. Card. frater Eques Hieroſol. Prior Romæ, qui claſſis Imperator Coronem, & Methonem in Peloponeſo Ciuitates fæliciter

recepit, mòx Cardinalis; cuius Elog. ſcripſit Petra Mellarius, non pauci Senatores Romanæ Purpuræ, & Imperio, ſceptroq; florentes Medices Coſmus, & Catharina Galliarum Regina.

pag. 106. prò *quem Sen.* ſcribe *Qui Senatus florigero decoratur oſtro.*

In laudem Iulij Strozzæ Poëtæ. Poëtam à varijs Scriptoribus celebratum celebraui poeta Elegia, quæ (ſi fas aperire mentem meam) ſiqua alia, mihi arridet.

*Laurigeræ genti. Quam Mars, quam Phœbus, &c.* Ad hanc illuſtrandam in primis conſpirarunt rarò fœdere iuncta belli, ac literarum Numina, quod nullus inficiabitur, niſi prorsùs hoſpes in eruditionis regno, cum pateat Strozzanum genus nulli Florentino concedere numero ſimùl, ac ſplendore imperatorũ, aliorũq; ducũ, & Poetarum, Philoſoph. Oratorum. Teſtantur id plurimi, ac diuerſi generis ſcriptores, qui vel proceres Strozzas nominatim, , vel genus vniuerſum illuſtrarunt tot, tantiſq; laudibùs, vt ego ſeuerior, & in Elogio Oratorio Nannis, & in Hiſtorico Epigrãmate familiæ cum alijs Flor. inſignibus deſcripta ſim iudicandus; qui non pauca Strozzis perhonorifica prudens omiſerim, quæ traduntur à Scriptoribus, quos refero in Elogio ſupramemorato, & in familia. Libet hìc referre quædam verba Leonardi Aretini ſcriptoris eruditiſſimi. *Nan-*

*nem oratione funebri celebrauitis, qui Strozzam gentem tunc Florentiæ primariam eſſe innuens ſubdit.*

*Eſt enim familia ſplendidiſſima, ornatiſſima, opulentiſſima, multis Equeſtribus imaginibus, multis præſtantibus viris clara, & tàm domi, quàm militiæ ſummæ auctoritatis, &c. Diuitijs verò vſque adeò opulenta, vt nonnulli ex ea familia ſupergreſſi ciuilem diuitiarum modum, pares regulis opes, vectigaliaque poſſideant.*

Oratori Aretino conſentire videtur Volaterranus hiſtoricus grauis, & liber, qui de Rebus Florentinorum ſcribens gentem Strozzam (id paucisſimis familijs, & eminentibus contigit) illiusq; proceres Nanni æquales celebrat;

*Hoſtica dum ſonipes vrbis propè mœnia magna*
*Æmulus aligero curreret vſq; pede.*

Hoc breuiter expreſſum leges in Elogio Oratorio Nannis, dum Petrum celebro.

*Ire per vndoſum, &c.* Hic verſus elegantior erit ſic emendatus

*Ire per vndiſonos cærula Doris agros.*

Nobilior erit verſus *Has rapis, &c.* ſi pro *venerabile* ponatur *venerandum*, vt maieſtas effulgeat.

Prætereunda duco varia carmina Elegiam ſequentia; at prætetire piaculum eſſet Deſcriptionē Veris Claudiani ſtylo exaratam, quæ candido, optimoq; iudici ſummè placuit, vti teſtatus eſt pluribus,

bus; authori non diſplicet; nec non Epigramma de Thadeo, & Antonio Barberinis Vrb. VIII. Nep. ex fratre Carolo S. R. E. imperatore. Huius Elogium funebre Bononiæ editum exſcribere ne pigeat.

D. O. M.

CAROLO BARBERINO ARETI DVCI
Vrbani Octaui Pont. Optim. Max. Fratri
S. R. E. Vexillifero, & Apoſt. exercitus
Imperatori.
Qui vt olim apud RHÆTOS pacem Italiæ
collabentem conſilijs erexit,
Ita nunc vt eamdem nouis incendijs expoſitá manu,
oppoſituque corporis
Repararet, Bononiam vſq; contendens,
ibidem centuriatis copijs,
Propugnaculis munitis, ditionis Pontificiæ
finibus fœliciter ſeruatis
Ciuibus donis, & honoribus auctis
Moriens
Bonorum omniũ malo æternum ſibi bonũ quæſiuit
jv. Kl. Martias Anno ſalutis M. DC. XXX.
Ætatis LXVIII.
S. P. Q. B.
Principi Pio, Forti, Inclyto,
Et de ſe optimè meritò
Exactis Parentalibus.

P. D.

De Carolo funebrem habuit, edidítq; Romæ orationem ſanè luculentam, & nobilem Iulius Cencius ſacræ Conciſtor. Aulæ, & S. P. Q. R. Aduocatus.

Thadæus nunc excellit Præfectura Romæ, Imperio militari S. R. E. principatu, ac titulis.

Antonius verò natu minor, dignitate maior, quippè Cardinalitia, quæ, vti aſſerunt varij Scriptores, Regiæ par eſt.

Hunc Legatum à Latere Sum. Pont. Vrbani celebrauit nobili Ode

Leonardus Todeſcus Canonicus, & Academicus Veronenſis, quam olim mihi tranſmiſſam edere liceat ad amici nupèr extincti nomen propagandum.

*Anagramma.*

Antonius Barberinus
Natus ne is Vrbi, an Orbi?

GAudete Ciues, clara ſtirps Bianoris,
Vos Ocni alumni plaudite,
Lætare Minci, terquaterq; & amplius
Veſtri memores, nutibus
Terras ſecundus Iuppiter qui temperat,
Cæloque cuſtos præſidet

Vrba-

Vrbanus, alta Barberino è ſemine
Propago, cui deuoluitur,
Miſit nepotum iuniorem, purpura
Cui ſacra cingit tempora,
Minerua cuius erudito in pectore
Sedes locauit arduas,
In cuius ore nectaris domeſticæ
Apes laborant munera,
Mauors, Venuſq; cui parentes accubant
Suæq; proli, nec comprimit
Suadæ papillas dulcioris, ænea
Ille exciuit præcordia,
Sedare bella miſit inquam ANTONIVM,
Pacemq; vobis condere,
Gaudete rurſus effugatis nubibus
Soles micabunt candidi.
Hydræ illis monſtra germinante conteret,
Alcide adeptus gloriam,
Pelleus alter Dux inexplicabilis
Nodos ſecabit litium
Meandrijs è Dædali meatibus
Magnum æmulatus Theſea,
Victor redibit, tot triumphis emicans,
Quot æther ardet ignibus.
O Nate; dis fauentibus ſpes, Italis
Saluſq; rebus vnica
ANTONI, Olympi cardo, amorq; patriæ?
Quot

Quot te morantur gloriæ?
Quæ te manent præconia? ô vel vltimis
Te concinendum gentibus?
Hinc inde plauſu, hinc inde perſonaberis
Iucunditatis vocibus.
Tibi Senatus, plebſq; tota Romuli
Metu ſoluta lætior.
Occurrit, ac ouantibus clamoribus
Lauri reuinctum frondibus
Ad Templa te Tarpæa ducit præuia
Ter MAXIMIQ; PATRVI
Ad genua ſiſtet oſculandum impenſius,
Sacris fouendum amplexibus,
O te beatum, carmine hoc dum perleges
Inſcripta de te marmora?
NATVS NE IS VRBI AN ORBI? in æuum maxima.
O te perennent numina.

*Eiuſdem Odem mihi olim tranſmiſſam liceat edere.*

In Nuptias Ferdinandi Auſtriaci Cæſ. Aug. Inuictiſſ. & Eleonoræ Gonzagæ Mantuæ P.

*Vaticinium Mantus.*

LÆtare Minci, quiq; tuos bibunt
Imbres olores in modulamina
Canora guttur, quæ vel ipſi
Sint Thetidi inuidioſa, ſoluant;

Læ-

Lætare rurſus plaude, volubiles
 Tecumq; Nymphæ per vada lubricis
 Currant in amplexus choreis,
 Arte noua inſtituantq; luſus:
Lux illa fęlix, candidioribus
 Signanda gemmis, qua tibi clarior
 Non vlla fulſit iam benignis
 Ecce tibi glomeratur aſtris,
Adſunt, futuri quæ reſonantibus
 Diuina Manto vocibus edidit
 Maritam ad vndam ſtrata Phœbo
 Attonitos labefacta greſſus
I, curre, dixit, tu quoq; vitreo
 Beate Minci, flumine purior
 Attolle fluctus, iàm tonanti
 Diſce ſono, fremituq; labi.
Præuiſa debent quæ tibi gaudia
 Plures Olympi fata per orbitas,
 Fortunæ, & incrementa magnæ
 Diſce memor, rata quæ docebit
Euentus olìm; fallor Apolline
 Deluſa noſtro? an mente iugalibus
 Tædis alumnam Ferdinandi
 Cerno tuam thalamos ſubire?
Tunc quanta cingent te diademata,
 Quot ò coronis tunc decoraberis,
 Quæ ſceptra, quales tunc honores

M 4 Spon-

Sponte tibi feret Albis, Iſter,
Quin & ſub altis per ſola fluxile
Neptunus, antris qui mare diuidit,
Frenatq; telo vndas triſulco
Iuſſa libens tua tunc capeſſet.
O virgo claris orta penatibus
Proles potentum regia principum
Gonzaga longa quos per æuum
Enumerat ſerie propago:
O virgo noſtræ ſpes, & amabilis
Flos vrbis, o fax lucida gloriæ,
O ſola ſplendorem, decuſq;
Auſoniæ reparare nata
O virgo, quam dos hæc nimis vnica
Exornat, hæc laus tollit ad æthera
Vinxiſſe cor orbi imperantis,
Ac domino placuiſſe rerum.
Nam, quæ venuſtas, quis decor aurei
Mulſiſſet oris pectora Cęſaris,
Dum dura tractat bellicoſa
Tela manu medios per hoſtes;
Dum militari puluere ſordibus
Humum cruentis ſtragibus imbuit
Ni te Eleonora, ipſe tanto
Mincius aptam operi tuliſſet.
Quot ille cædes, te dabit, auſpice
Quot, o quot arces diruet hoſtium

Fa-

Digitized by Google

Fauente te? quot Dis amicus
Bella pijs ſuperabit armis;
Iam cerno Laurus ſerpere curribus,
Victrici & enſes fronde vireſcere,
Dites ouanti dum Phalanges
Voce nouam dominam ſalutant
Alpes ad altas, cui feret obuius
Auguſta Coniux maximus oſcula,
Sinuque adepti cum triumphi
Excipiet ſociam, toriq;
Quam regiarum longus eburneis
Vectam quadrigis grex comitabitur
Matrum, puellarumq; & ingens
Ordo ducum, & procerum ſequetur.
Tubas ac inter, dum Ioue bellica
Lætùm tonabunt fulmina lucido
Ceruice magna inſigne gemmis
Illa onus imperij ſubibit
Contra rebelles cerno duces fuga
Meticuloſos oppida linquere,
Et ſigna coniurata vanis
Conſilijs malè diſſipari.
Subiecta cerno colla ſecuribus
Pœnas nouati ſoluere fæderis,
Et inſepulta hinc inde aduncis
Membra iaci laceranda roſtris;
Sic pœnitendo ſæpe licentiæ

Exlex Cupido nos agit impetu
Perenne mercari ruina
Dedecus, en pretio cruoris:
Sed fauſta nobis vaticinantibus
Optata præſtat rurſus in omina
Miſiſſe carmen, quo beatos
Auſtriadæ modulemur ignes;
Nuptæq; tanto proſpera Cæſari
Sancti canamus vincla cupidinis,
Quæ ſemper ipſo firmiora
Longa dies Adamante reddat;
Stirps vnde claræ prodeat indolis
Nutrita diuis, quæ penetralibus
Sit digna rerum, ſit parentum
Egregiæ pietatis heres;
Nec vnquam auito tramite deuia
Virtute magnis ſurgat, & auſibus,
Vt ſueta ſceptris, dum micabunt
Aſtra polis, moderetur orbi.

Non

Digitized by Google

Non eſt cur apponam hìc Notas in alia carmina cum prodierint in lucem, antequam Corollarium hoc abſoluerim; Notæ profectò ingenioſæ Euretæ Miſoſcoli, vnacum poematijs meis, & eiuſdem epiſtola nuncupatoria ſanè pulcherrima, in qua tamen, vti in quibuſdam Notis nonnullas oſtendi laudes, quæ non merita ſolùm, ſed etiam vota, ſpeſque meas excedunt ab effuſa benignitate diſerti Scriptoris emanantes. Eadem benignitas complures huius æui Scriptores, ac eruditos inſignes excitauit, vt vèl immerentem egregijs laudibus afficerent, conſcriptis, aut habitis vltrò carminibus, Elogijs, & Epiſtolis honorificentiſſimis, quæ ingens volumen implerent: Harum nonnullæ Nuncupatoriæ extant typis impreſſæ, vt honorifica teſtimonia Scriptorum, qui ſuis in operibus authorem ſequuti ſunt.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON



Digitized by Google

*Parafraſi del Sig. Aleſſandro Adimari del Coro di Ninfe nel ritorno di Primauera,* Ite ſorores.

ITE ſorelle,
Oue dipinto
Di cento ſtelle
Ride, e fiammeggia in mille forme il prato:
Oue in floride ſchiere il ſuol diſtinto
Ride naſcente à Primauera allato:
Spuntan l'erbette, e nel bel frutto amato
Spargon fiammelle.
Ite ſorelle.
Ite, ch'a lunge
L'Inuerno è fuore,
Che mentre giunge
Zeffiro dolce, e co' ſuoi fiati il prende
Fugge, per tornar poi, l'algente orrore,
E dal monte ſouran la neue ſcende,
Veſteſi il colle, e nobil manto ſtende
D'erbe nouelle. Ite ſorelle.
Diſciolto il fiume
Dal pigro gelo
Correr preſume
Rotte l'aſpre catene, egual col vento,
Perche dal ſen natìo col bianco velo
Traggon le Ninfe omai l'onde d'argento,
Che

Che delle neui intatte hanno contento
D'eſſer più belle. Ite ſorelle.
Viua verdeggia
Selua chiomata,
E'l crin le ondeggia
Sotto ghirlande di ſmeraldi inteſte,
Ancor che Borea la ſua chioma ornata
Spogliaſſi già con l'orride tempeſte,
Ladro del crin, che tinſe alle foreſte
Zeſſiro Apelle. Ite ſorelle.
Già ſparge i canti
Turba loquace,
D'augei volanti,
Ch'alla nuoua Stagion riporta onore,
Ch'alla nuoua Stagion nunzia è di pace:
E con Inni di mel muſico ardore
Molce dell'onde il gelido rigore,
Bacia le ſtelle. Ite ſorelle.
Ecco più viui
Del campo altero
Scherzan laſciui
La nubil Agna, e'l marital capretto,
E'l gregge delle ſelue, e'l bel Deſtriero;
Per ch'arde aſcoſo Amor col ſuo diletto
Dell'huomo il ſenno, e delle fere il petto
Di Paſia ancelle. Ite ſorelle.

Para-

Digitized by Google

*Parafraſi del Sig. Dottore Franc. Ronai ſopra l'Ode, che comincia* Quisquis beatos.

CHI con lo ſguardo inuidioſo ammira
Ebri d'oſtro ſuperbo i Regij manti,
E ſtupido rimira
Le coronate d'or teſte Regnanti:
Se chiuſa in nobil Corte
Trouar beata ſorte, auuien che ſperi,
Stancherà ſempre in van guardi, e penſieri.
Trà gli agi ella non viue, e non ſi aſconde
Di pompe amica alle ricchezze in ſeno;
Per dilatar le ſponde
D'impero, e porre à cento Regni il freno;
Per coglier palme altere
Trà debellate Schiere, in campo armato
Non fà la Gloria il Vincitor beato.
Fulmini Rè tremendo, e mille opprima
Genti non vſe à ſofferir Tiranni,
Ricco di ſpoglia opima
Tinga d'oſtro rapito i Regij panni,
Ma pace hauer non penſi
Se non raffrena i ſenſi, e non corregge
L'Alma rubella alla ſuperna legge.
Quei, ch'allo Scettro, alla real ſua ſede
Quaſi à Numi conſacra ogni penſiero,
Scher

Digitized by Google

Schernito al fin poſſiede
Vn nome van d'immaginato Impero,
Qual huom del volgo, e vile
Perde forma gentile, e del proteruo
Deſio rimanſi incatenato, e ſeruo.

*Parafraſi del Sig. Dottore Franceſco Roual ſopra l'Ode* Regis lubrica limina.

DElla Regia infedele
Alle lubriche ſoglie omai t'inuola,
Non più l'Aura, che vola
Di fallaci ſperanze empia tue vele:
Sprezza il cadente, miſero fulgore
Di balen, che naſcendo auuampà, e more.
Qual ſuole Affrico acerbo
Suoi fiati armar contro all'auuerſo flutto,
E ſopra il lido aſciutto
Flagellar pien di ſpume il mar ſuperbo,
Tal và de' Grandi à flagellar l'impero
Auſtro d'inuidia infellonito, e nero:
Lunge al mortal confine
Naſce trà nubi il fulmine tonante,
Ruotaſi fiammeggiante
Poſcia, e l'Alpi feriſce à sè vicine
Mentre non tocco in ima valle adulto
Suo fragor non pauenta vmil virgulto.

Rado-

Digitized by Google

Radono il ſuolo amico
Le ſprezzate Capanne, e'n van percote
Se gonfia Auſtro le gote,
O di nembi s'ammanta il Ciel nemico;
S'alza Edifizio altier, ma lo diſſolue
Suo pondo ſteſſo in frà rouina, e polue.

*Parafraſi del Sig. Girolamo Bartolomei ſopra l'Ode in lode del S. Pontefice Vrbano VIII.*

FEbo cultor dell'honorata fronde
Al crin fregio immortal, degna corona
Da gioghi d'Elicona
Dell'Arno ſcendi ſu l'amene ſponde,
Guida l'Aonio Coro,
Del manto adorno il ſeno,
Dell'induſtre Minerua aureo lauoro;
Dono già di Cilleno
Prendi il Plettro, che'l cor rende ſereno.
Poſa la Cetra humil, che già loquace
Feſti ſcherzando, e garrula de belli
Amiclei gemelli,
Hor folgoranti in Ciel gemina face:
La man ſublimi canti,
Soura quella ne ſtampi,
Che conti al Mondo fè domi i Giganti,
All'hor ch'arſi da lampi
Di Flegra funeſtar gli horrendi campi.



Digitized by Google

Altamente temprato il ſuono arguto,
Quindi lo porgi, e reggi à me la mano;
Ond'io doni al ſourano
Prence Quirin ſacro d'honor tributo;
Tempri armonia gioconda
Pari à quella, che rende
Del nobil Arno mormorante l'onda,
Mentre d'argento fende
Il grembo à Flora, e' Cigni al canto accende.
Chieggio d'Attico mele ondante fiume,
Qual verſa quegli fior de ſacri Eroi,
Che la vece frà noi
Degnamente ſoſtien del ſommo Nume:
Mentre i ſonori carmi
Spoſa à Plettro latino
Alto ſonante altro ch'amori, ed armi,
Muſico pellegrino
Egli il vanto n'inuola al Venuſino.
Teſſa corona de più degni pregi
Di virtù bella all'immortali chiome,
E di Ciampoli il nome
Nouo Pindar del Ciel di nome fregi,
O volator ſublime
Al Ciel leui il Chiabrera,
Che ſoura l'Etra alzò le Toſche rime,
Lodi di bontà vera
Speglio lo Strozzi, e d'Arno gloria altera.

O Di

Di criſtiana virtù fonte fecondo
Eſtolle il gran Luigi all'auree ſtelle
Della franca Cibelle
Auguſto protettor, norma del Mondo;
O pur qual Chiron pio
Struiſca il giouinetto
Dell'amato fratel germe natìo;
Onde ſchiui il diletto,
Fatal Sirena ſotto vago aſpetto.
Precorre à lui mentre con aureo piede
Segnando orme beate inclito duce
Al bel giogo conduce,
Oue l'oſtro virtù dona in mercede,
O qual ſelua di lode,
E di preclari honori
Que' s'accreſceo, ch'in ben'oprar ſol gode;
Ricca di ſacri humori
Febo la renda, onde s'infrondi, e infiori.
Di ſue frondi il bel verde ogn'hor ridente,
Qual teſor ne conſerui il vero Gioue,
Frà boſchi infauſti altroue
Triſulco fulminando il dardo ardente;
Contro l'infido Trace
Con generoſo ſdegno
Di Roma il genitor guerreggi audace,
E quindi fregio degno
Di Lauro inteſſa frà il gemmato Regno.

Scor-

Digitized by Google

Scorto dal Cielo, ò s'egli pio guerriero
Il ſecol ſuo di bianca gemma ſegni,
Mentre racquiſti i Regni
Dell'Oriente al ſuo Romano Impero:
Il carro trionfale
Segua homai catenato
Quel tiranno crudel moſtro fatale,
Che dall'Inferno armato
Turba al Mondo la pace, e'l dolce ſtato.
Vaneggio, ò miro lo ſtellato polo,
A cui lampo improuiſo il grembo frange,
Scende aurata Falange
D'vsbergo armata in bianche penne à volo,
Guida l'Empiree ſquadre
Gonfaloniero eterno
L'alto Michel, che l'empie ſchiere, & adre
Rubelle al Rè ſuperno
Frà l'ombre inabiſsò dell'imo Auerno.
L'armi inuitte, e'l valor cui già vinceſti
Tartareo arcier di fiamme il rio Drágone
Volgi, o ſommo Campione
Contro a' nemici al vero Culto infeſti:
Mira colmo di zelo
Come ſue ſtelle aduna,
O grande VRBAN per tuá milizia il Cielo
Diuien ſanguigna, e bruna
Di Criſto al chiaro Sol la Tracia Luna.

*Parafraſi del Sig. Piero Saluetti ſopra l'Ode*
**Iam renaſcentis vice veris horrens.**

GIA' del verno neuoſo
Fugan l'orrido piede aure di fiori
Di Nettunno orgoglioſo
Fanſi calme i furori,
E porgendo al Nocchier fidi ſoſtegni
Spumano al ſolco de gli armati legni.
Già gli alberghi abbandona, e à ſtrani balli
Corre il gregge feſtoſo à i noui campi:
Foſchi, e deſerti calli
Già ſembran vaghi all'apparir del verde;
Già mentre i ghiacci perde
Della canuta chioma il giogo altero,
Dilata il colle il ſuo fiorito impero.
Da gli ſterili rami
Spuntan le fronde ad arricchir le ſelue;
Par che all'ombra ti chiami
Di mille Augelli armonioſo choro,
Alletta il bel teſoro,
Che pria fù duro argento, hor mobil'onda,
Mentre in placido riuo,
Per far più vago il ſuol, bagna la ſponda,
Da corone odorate
Hora s'infiori'l crin ſcherzo dell'aura,
Hora

Hora che innamorate
Vibra Febo le fiamme, e i cor reſtaura
Or, che più dolce età l'impeto arreſta
Di nembo, e di tempeſta.
Non più lacrime al ciglio, ò tema al ſeno,
Diaſi banda al dolor nube del volto,
Da ſembiante ſereno
Fuggan, laſciando altrui liberi gli anni
Tenaci cure, al fin mortali affanni.
Altri pur cinto d'oſtro i grandi Imperi
Col giogo affreni, e con la man regnante
Diſpenſi honori alteri
Moſtrando all'ambizion, ch'in van non chiede
L'vniſce a' prieghi humili alta mercede.
Altri, c'hauer l'ineſtinguibil ſete
Spegner credendo, aurati monti accoglia,
Folle, che ſcema vita, e creſce voglia
Quanto più colma d'or l'arche ſecrete,
O degno di cader dal pondo oppreſſo
Del metallo Signor d'anime auare,
Che ben gli hauria conceſſo,
Pari all'aureo deſir prodiga ſorte,
E la tomba, e la morte.
Prema altri il dorſo à feruido deſtriero,
Goda la ſpada inebriar di ſangue,
Calpeſti pur, di ſue vittorie altero,
Chi giace eſtinto, e chi morendo langue,

Fin

Digitized by Google

Fin che ſazio di ſtrage il cor guerriero
Dall'inimico eſangue
Tragga le ſpoglie, e in trionfali onori
Vada la fronte à coronar d'allori.
Me ſolo appaga quanto il Ciel corteſe
Conceſſe a' miei natali,
Onde a i Templi deuoti
Non ardo incenſi, e non appendo voti
Per impetrar titoli, e pompe frali
Più non chieggio, e ſprezzando in aura vana
Del volgo errante; Porpore, Corone,
Scettri non curo, onde altri appar poſſente,
Che ſe domina il crin, ſerue la mente.

*Parafraſi del Sig. Girolamo Bartolomei dell'Ode in lode del G. Duca di Toſcana Ferdinando II.*

NOua fiamma vitale,
Qual frà le vene ſerpe, e m'arde il ſeno
Con incendio ſereno
Poſſente sì, ch'il contraſtar non vale;
Forſe il foco immortale
Scende da Febo domator de' cori,
Che de ſuoi ſacri ardori,
Mentre i ſenſi n'accende
Sueglia al canto la mente, e pronta rende.
Pien del diuin furore,

Cui

Cui Febo inſpiratore ecco mi ſento;
All'armonico accento
Chieggio la cetra, ond'io disfoghi il core;
Tù tempra le canore
Sue fila Apollo, e dona vita al canto,
Tù con mio nobil vanto
La guida all'ardue cime,
Oue rara d'altrui orma s'imprime.

Apra il chiuſo ſentiero
Il Gran Fernando, egli la via, e'l Duce,
Tù con l'Aurea tua luce
Mi ſcorgi, inclito Prence, à fine altero;
Ma doue hor io Nocchiero
Frà mar di lode ſenza riua, ò fondo
Volgo il corſo ſecondo
Frà gli auguſti natali
Imperi, Dignità, Fregi regali.

Rammenterò quel grande,
Cui Flora ſi chiamò felice prole
Coſmo nouello Sole,
Che lo ſplendor del nome intorno mande,
O quel, che fama ſpande
Lorenzo alunno delle Muſe, e figlio,
Fonte d'alto conſiglio
Reſo frà gli altri pregi
Pacier d'Italia, ed arbitro frà Regi

Quelli, ò pur ſia, ch'io canti,

Che

Digitized by Google

Che di gemmea corona ornar la chioma
Padri dell'alta Roma
Sacri del Mondo glorioſi Atlanti,
Que', che ne' chiari ammanti
Natiui a' Gigli maritar le Roſe,
Frà le donne famoſe
La gemina Regina
Madre de' Regi, che il Carunna inchina.
Forſe il guerrier ſourano,
Lampa d'alto valor renderò conto
Quel Giouanni, che pronto
Ruppe gl'impeti oſtili Ettor Toſcano,
Prò di ſenno, e di mano
Mentre'l nobil Campion fulmine ſpenſe,
Ch' inuida Erinni accenſe,
Le belle glorie ſpente
Laſciò con lui della Latina gente.
Di lui ben nato pegno
Coſmo, che più lucente fè la riua
Toſcana à lui natiua
Ornamento d'Europa, e pregio degno
Da lui à Scettro, e Regno
Qual da fonte ſcendeo ricco di lume,
E portò nouo Nume
Franceſco vn aureo giorno
De fregi d'alto honor da Palla adorno.
Altri d'or cinto, e d'oſtro,

Che

Digitized by Google

Che reſe al Tebro adorne più ſue ſponde,
All'Arno imperlò l'onde
Di lui rettor, di virtù raro moſtro,
Gloria del ſecol noſtro
Non men de' pregi, che del nome herede
Rege di Flora hor ſiede
Prole di Coſmo bella,
Che'l Mondo ammira qual fulgente ſtella.
Noto frà vanti ſuoi
Farò l'ingegno, e'l ſuo gentil coſtume,
Del regio honore il lume,
Onde lampeggia frà più chiari Eroi:
Per lui ſceſe frà noi
Madre di verità la donna eterna,
Che le coſe gouerna,
E ſi fè conſigliera
A lui nell'opre, e ſua maeſtra altiera.
All'hor, ch'egli naſceo,
Vener gli arriſe, e lo raccolſe in grembo
Paſitea, mentre vn nembo
Di bianco fior l'almo pudor ſpargeo,
In ſua pompa, e trofeo
Prepara Apollo il ſempre verde Alloro,
Che nutre il ſacro Coro
Delle noue ſorelle,
Onde coroni vn dì ſue chiome belle.
Vaneggio poſto in bando



Digitized by Google

Da me medeſmo, ò veggio il Ciel, che loco
Apre à tremolo foco,
Augurio fortunato al gran Fernando,
Principe memorando,
S'innanzi al tempo riuelar mi lice,
Quel, ch'Apollo predice,
A gli Aui il vanto inuoli,
E con ali di gloria al Ciel ſoruoli.

*Parafraſi del Sig. Dottore Bonauita Capezzali dell' Epigramma al Sereniſs. Principe Gio. Carlo di Toſcana*, O qu dulce, &c.

OH Tu, che dolce attrai chiaro ſplendore
Dallo ſplendor de gli Aui, oh raggio altero
Del Sol, c'hà ſopra l'Arno illuſtre impero,
Delizia ſe della Città del Fiore.
Auguſto regna nel tuo volto Amore,
E ſe graue è'l parlar, non è ſeuero,
Forma alla chioma tua lo Dio guerriero
De più be' lauri vn ſempiterno onore:
E la Dea del Saper prepara intanto
Quella di verde Allor fronda, che merta
Del tuo ſaggio valor ſublime il vanto.
Il magnanimo ſguardo or ſi conuerta
A gradir di Parnaſo vmile il canto,
Che no ſdegna il gran Dio picciola offerta.

EMEN-

# EMENDATIONES, & Additiones.

P*Ag.* 2. *ſcribe* Concuſſus, Cardine, Relligionis. *Pag.* 40. *deme* fraterna *pone* ſuprema.

*Pag.* 43. *poſt* Ode de Regibus *adde* Paraphraſi Etruſca nuper nobilitata àb egregio Poëta Etruſco, Latinoque Franciſco Rouaio, cuius Poemata Lyrica parient nonnullis admirationem, vel inuidiam.

*Idem claraunt Odem ad aulicum gratia florentem, cuius initium legas pag.* 103. Iam linque Regis, &c.

*Pag.* 42. *verſ.* 5. *adde poſt* Ode, quam nuper nobilitauit Etruſca Paraphraſi Petrus Saluettus iuuenis ingenij, ac ſpiritus planè poetici.

*Pag.* 50. *poſt* verba *pone Galeottus Martius de Doctrina, &c. c. 6. in quo, & alijs capitibus, & in Prohemio inuſitatis, & admirandis laudibus attollit Laurentium. Hoc opus in Florentinam linguam vertit Franciſcus Serdonatus, & deme* N. in lib.

*Pag.* 27. *poſt* videtur *ſcribe* Petrus Iuſtinianus, &

*Pag.* 54. *nono verſu ſcribe* Alphonſus Giliolus Epiſcop. Anglonenſ. apud. Mag. Etrur. Ducem Nuncius cum facultate Legati à Latere.

*Pag.* *Adde Epigramma de Principe Io. Carolo, quod in Sonetũ vertit Etruſcus Poeta miræ facilitatis, ac vena Bonauita Capezzalius Doctor.*



Digitized by Google

pag. 37. Orpheu. *Orphei Elogium Poet. Hiſt. extat pag. 144. in Mixta, quod excuſeram, antequam legerem Gyraldum, qui Dialog. 2. de Poet. Hiſt. non pauca tradit de tanto Heroe, quem omnis Græcia tanti fecit, vt diuinitatẽ illi attribueret; cuius caput in Lesbo Oracula dediſſe teſtatum reliquit vterq; Philoſtratus, cuius Lyra reddidit vocalia ſaxa Lyrneſſi maritima. Omitto, quæ de Orphei columna, & cõditorio traduntur, vti quædam Oracula. & falſa (vt verè dicã) miracula. Scil. Aelian. falſa omnia & fabuloſa eſſe, quæ de Orpheo traduntur, cenſuit; Quid plura? Ariſt. & Cic. nullum fuiſſe Orpheum putauerunt. Ideò non referã incertos eius parentes, cum alij Oeagri, & Calliopes, alij Apollinis, & Calliopes, alij Polyhymniæ filium dixerint; incertam patriam, incertã mortem, de qua diſſentiunt Scriptores, quorum nonnulli quinq; Orpheos numerant, alij ſeptem, Herodotus duos. De noſtro Orpheo, ſ. de primo adduntur alia ſcitu digna, nimirũ fuiſſe illum literarũ, & ſapientiæ inuentorem; Herculis magiſtrũ, qui Aſtrologiã, & Teletas, et Religiones, & Magicas artes in Græciam adduxerit. Verùm meliora de Orpheo tradit Iuſtinus Philoſ. & Martyr, ac Suidas, quæ vnà cum illius Operibus Gyraldus refert. Idem Gyrald. immenſæ Scriptor eruditionis non pauca refert curioſa, et non paucis literatis ignota de Mercur. Triſmeg. de quo nonnihil ſcripſeram in explicat. Alleg. pag. 13. Coroll. & de Zoroaſtre, de quo Elog. Orat. pag. 40. Idem in Interpretatione Symbolorũ Pytag. de Ani-*

*ma*

*mæ alata Zoraſtræo Symbologico quędam tradit, ex quibus faciliùs intelligetur ſenſus meorum Verborũ in El. Zoroaſ.* Vitę aquis animi ætherei alas, &c.

Flore mentis intelligibile, &c. *Hæc ſententia cõſonat verſui penultimo Elegiæ* Vnus inacceſſi Solis. *Nàm* vnus *hic denominatur àb Vnitate illa animæ, quã appellauit Zoroaſter* Florem mentis, *et Plato* Mentis caput, & centrum animæ, *de qua Vnitate ſcripſit doctiſſimè Ambroſius Epiſc. Lamocenſis ſic* Vnitatem animæ habes diuinæ vnitatis characterem, qua ſola ſummo intelligibili vnimur, & hæremus; *Ego verò (ſi mihi homuncioni liceret maximorum Virorum verba variare) ſic dicerem S. R. Eccl. Cathol. iudicio hoc, & volumen omne ſubmittens:* Mens, quæ Intellectus ſuperior, & ſuprema animæ pars eſt caput, & flos animæ videtur character diuinæ mentis, quo vniamur, & hæreamus diuinæ menti, ſiuè Intellectui, ſummo intelligibili.

Minutiora Errata corrigat benignus Lector.

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1892

Digitized by Google

*Il Sig. Girolamo Lanfredini, Canonico Fiorentino, ſi contenti vedere ſe nelli preſenti dua libri intitolati* Iacobi Gaddij Adlocutiones, & Elogia, &c. *& l'altro* Eiuſdem Corollarium Poeticum, *ſi troui coſa, che repugni alla Pietà Criſtiana, o li buoni coſtumi, con ſerue qui in piè referto 5. Ottobre 1635.*

Piero Arciueſcouo di Fiorenza.

*Cum in hiſce Adlocutionibus, & Elogijs tot virorum gloria, quæ temporis iniuria extincta erat, reuiuiſcat; meritò igitur existimo hoc opus deberi typis depromere, vt virtus, & nomen Iacobi Gaddij æterna fama Lauream conſequatur, cum nihil Chriſtianæ Fidei boniſuè moribus inimicum habeat, ideòq; ſubſcripſi. Die 10. Octobris 1635.*

Hieronymus Lanfredinus Canonic. Flor.

*Attenta relatione præmiſſa licentiam concedimus, vt typis excudi valeat Florentiæ opus ſubſcriptum, ordinibus conſuetis ſeruatis 11. Octobris 1635.*

Petrus Archiepiſcopus Florent.

*Il Sig. Girolamo Roſati Protonotaro Apoſtolico, & Conſultore di queſto ſanto Officio ſi compiacerà riuedere queſt'Opera come ſopra, e riferiſca. A dì 11. Ottobre 1635.*

F. Clemente Egidij Inquiſitore di Fior.

*Hò letto queſti Elogij, e Corollario, ne ci hò trouato ſe non coſe degne del Sig. Iacopo Gaddi, perciò può ſtamparſi. In fede ſoſcriſſi di man propria queſto dì 13. Ottobre 1635.*

Io Girolamo Roſati ſopradetto.

*Stampiſi li 15. Ottobre 1635.*

F. Clemente Egidij Inquiſitore Gen. di Fior.

*Aleſſandro Vettori Auditore di S. A. 3. Dicemb. 1635.*

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE LYON 1883

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google